LE

OPERE POSTUME

DI

VITTORIO ALFIERI

VOLUME XI

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCIX

F. Falpri II b Alfieri 2/5

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

AM.

L' ENEIDE

DI

VIRGILIO

TRADOTTA

DA

VITTORIO ALFIERI

COL TESTO A FRONTE

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS

LIBER DECIMUS

Panditur interea domus omnipotentis Olympi:
Conciliumque vocat Divum pater atque hominum rex
Sideream in sedem: terras unde arduus omnes,
Castraque Dardanidum aspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus: incipit ipse:
Coelicolae magni, quia nam sententia vobis
Versa retro? tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris:
Quae contra vetitum discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suasit?
Adveniet justum pugnae, ne accersite, tempus:

DELL' ENEIDE

DI VIRGILIO

LIBRO DECIMO

Le porte intanto dell'eccelso Olimpo
Apronsi, e il magno almo Rettor del Mondo
Chiama i Numi a concilio, entro la reggia
Stellante là, donde il sovrano sguardo
Scopre e de' Teucri il campo, e le Latine
Genti, ed intero il globo. Assisi i Numi
Nell'ampia sala, a favellare imprende
Giove, in questi alti detti: Abitatori
Del Ciel sublimi, in sì feroci gare
Perchè, rimossi dal parer primiero,
V'inimicate or voi? Vietai pur io,
Che guerreggiasser gl'Itali co' Teucri:
Contro al divieto, or quale ira vi spinge?
Qual, qual temenza l'armi a questo o a quello
Di voi ministra, e a cimentarvi tragge?
Il dì prefisso a inevitabil guerra,

Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpes immittet apertas:
Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.
Nunc sinite; et placitum laeti componite foedus.
Juppiter haec paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert.
O pater, O hominum Divumque aeterna potestas,
Namque aliud quid sit, quod jam implorare queamus?
Cernis ut insultent Rutuli? Turnusque feratur
Per medios insignis equis, tumidusque secundo
Marte ruat? non clausa tegunt jam moenia Teucros:
Quin intra portas, atque ipsis praelia miscent
Aggeribus murorum, et inundant sanguine fossae.
Aeneas ignarus abest. nunquamne levari
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Trojae, nec non exercitus alter:
Atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem, credo, mea vulnera restant:
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atque invito numine Troes

Nol provocate, ei giungerà; quel giorno,
Ch'ultimo eccidio alle Romane rocche
Minaccerà Cartagin fera, a cui
Si appianeran pur l'Alpi. Allor fia'l tempo
Di pugne e d'odj e di rapine: in tregua
Posino or l'alme; e lieti, ai patti state.
Breve così Giove parlò: ma, breve
L'aurea Venere a lui non rispondea:
O sempiterno onnipossente Padre
Dell'Universo, (omai qual altro Iddio
Sta, in Ciel, per me?) scorgi tu là gli alteri
Rutuli or come insolentiscan? come
Sovra insigne destrier fra lor campeggi
Tumido Turno, in favorevol Marte
Scagliatosi? Non han più i Teucri usbergo
Di chiuse mura: in su le soglie loro,
In su gli stessi lor ripari, han zuffe,
Per cui dal sangue le fosse traboccano.
Assente, Enea l'ignora. Or, scevri dunque
Mai non ci vuoi d'assedio? altro nemico
Sovrasta, ed altro esercito, alle mura
Di una Troja novella: ecco, di nuovo
Contro a Trojani, dall'Etolic'Arpi
Sorge un Tidíde. A me si aspetta (io penso)
Nuova ferita: io, di te prole, all'armi
Serbata io son di mortal uomo. Il fio
Paghino i Teucri, ove agli Ausonii lidi

Italiam petiere; luant peccata: neque illos
Juveris auxilio. sin tot responsa sequuti,
Quae Superi Manesque dabant; cur nunc tua quisqua
Vertere jussa potest? aut cur nova condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in litore classes?
Quid tempestatum regem, ventosque furentes
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manes (haec intentata manebat
Sors rerum) movet; et superis immissa repente
Alecto, medias Italum bacchata per urbes.
Nil super imperio moveor: speravimus ista,
Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mavis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua conjux
Dura; per eversae, genitor, fumantia Trojae
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumen Ascanium: liceat superesse nepotem.
Aeneas sane ignotis jactetur in undis;
Et, quamcumque viam dederit fortuna, sequatur:
Hunc tegere, et dirae valeam subducere pugnae.

Contro alla voglia tua, contra il tuo Nume,
Senza il tuo ajuto iti ne sien; ma, s'essi
Dietro a oracoli tanti, e de' Superni
E degli Inferi Dei, movean pur l'orme,
Chi tanto or può, che i tuoi comandi infranga?
Chi può ritesser nuovi Fati? Or, debbo
Membrar io quì le incendiate navi
D'Erice al lido? o i furibondi venti
Fin dall'Eolia suscitati, e il loro
Re tempestoso? o, per le nubi a volo
La già spedita Iride in terra? A Giuno
Soli a tentarsi rimaneano i mezzi
Infernali; or li tenta: a un tratto Aletto
Dagli abissi ella scaglia, a spander rabbia
Infra l'Itale genti. Omai non io,
Non io contendo omai pel regno: in tale
Speme salimmo in più felici tempi:
Qual più ti aggrada, or vinca. Ove a'miei Teucri
Nieghi ogni suol la dura tua consorte;
Dell'abbattuta Troja or pe' fumanti
Avanzi, o Padre, io ti scongiuro; illeso
Ascanio almen dalle guerriere stragi
Mi si conceda: almen mi si conceda
Un nepote superstite. Erri pure,
Se il vuoi, per onde ignote Enea sbalzato,
Siegua ei pur l'orme di bizzarra sorte:
Ch'io vaglia solo a difender quest'uno,

Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliaeque domus: positis inglorius armis
Exigat hic aevum. magna ditione jubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil urbibus inde
Obstabit Tyriis. quid pestem evadere belli
Juvit, et Argolicos medium fugisse per ignes?
Totque maris, vastaeque exhausta pericula terrae,
Dum Latium Teucri, recidivaque Pergama quaerunt?
Non satius cineres patriae insedisse supremos,
Atque solum, quo Troja fuit? Xantum et Simoenta
Redde, oro, miseris: iterumque revolvere casus
Da, pater, Iliacos Teucris. tum regia Juno
Acta furore gravi: Quid me alta silentia cogis
Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem?
Aenean hominum quisquam Divumque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petiit Fatis auctoribus: esto:
Cassandrae impulsus Furiis. num linquere castra

Ed a sottrarlo a dira pugna. Io tengo
Pafo eccelsa e Citéra ed Amatunta
E il tempio Idalio: l' armi ivi deposte,
Oscuri giorni ei tragga. Abbia Cartago,
Per tuo comando, abbia d'Ausonia il freno,
E il giogo rio le aggravi: ostacol nullo
Non rechi inciampo ai Tirj omai. Che valse
Enea sottrar dalle guerriere fiamme
D'Argo feroce? A che i perigli tanti,
D'immenso mar d'immensa terra, vinti,
Per poi nel Lazio una seconda Troja
Riarsa darmi? Ah! meglio assai non era
L'aver, pe'Teucri, le reliquie estreme
Covate là della lor Troja? Ah, rendi,
Pregoti, e Xanto e Simoenta rendi
A codesti infelici: ai Teucri, o Padre,
Iliaco stato or riconcedi. — A questi
Detti, adirata gravemente Giuno,
Tal prorompea: Perchè vuoi tu far forza
Al chiuso labro mio? perchè dal petto
Trarmi il profondo occulto duolo a forza?
Qual uom, qual Nume, (or parla) Enea costrinse
A muover guerra al Re Latino? Enea
Verso Italia venía, dai Fati spinto;
Dai vaticinj di Cassandra spinto:
Ciò sia, se il vuoi: ma, il consigliava io forse
Di abbandonar egli il suo campo, e andarne

Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenamve fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis Deus in fraudem, quae dura potentia nostra
Egit? ubi hic Juno, demissave nubibus Iris?
Indignum est, Italos Trojam circumdare flammis
Nascentem, et patria Turnum consistere terra;
Cui Pilumnus avus, cui Diva Venilia mater.
Quid, face Trojanos atra vim ferre Latinis?
Arva aliena jugo premere, atque avertere praedas?
Quid, soceros legere, et gremiis abducere pactas?
Pacem orare manu, praefigere puppibus arma?
Tu potes Aenean manibus subducere Grajum,
Proque viro nebulam et ventos obtendere inanes:
Et potes in totidem classem convertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contra juvisse, nefandum est.
Aeneas ignarus abest: ignarus et absit.
Est Paphos, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera:

A darsi ei di bel nuovo ai venti in preda?
Della guerra gli eventi e il campo e il vallo
Dare in guardia a un fanciul, gli fei fors'io?
All'alleanza co'Tirreni, a trarre
Queti popoli in guerra, io forse il mossi?
Qual possa irresistibil del mio Nume
A tal suo danno il mena? havvi quì Giuno?
Havvi, in ciò, la spedita Iride in terra?
Ben è ingiusto davver, che il patrio suolo
Occupi Turno, a cui Venilia Diva
È madre; avo, Pilunno: ingiusto, ch'arda
La rinascente Troja Itala face.
Perchè ai Latin far aspra guerra i Teucri?
Perchè insultar, perchè rapire, e intorno
Ai campi altrui fiamme brandirne? esterni
Suoceri a forza scegliersi? le spose
Giurate già, dai maritali letti
Strappar, costoro attenteransi? inerme
Sporger destra di pace, e d'armi i legni
Carchi recarne? Enea sottrar dai Greci,
Con aereo fantasma a lui supplendo,
Tu il puoi; sue navi in altrettante Ninfe
Trasfigurar, tu il puoi: ma in me, delitto
Nomasi, un lieve ajuto oggi prestato
Ai Rutuli. Suoi danni, assente, ignora
Enea, di'tu? suoi danni, assente, ignori.
Pafo, e Citéra, e Idalia tieni? or, dunque

Quid gravidam bellis urbem et corda aspera tentas?
Nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
Objecit? quae causa fuit consurgere in arma
Europamque Asiamque, et foedera solvere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?
Aut ego tela dedi, fovive Cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud justis assurgis, et irrita jurgia jactas.
Talibus orabat Juno: cunctique fremebant
Coelicolae assensu vario: ceu flamina prima,
Cum deprensa fremunt silvis, et caeca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit. eo dicente, Deum domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus; silet arduus aether:
Tum Zephiri posuere: premit placida aequora pontus.
Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.

Perchè provochi tu città, di guerre
Pregna, e di maschj audaci petti? Io forse
Il tuo labile Frigio impero tento
Di sovvertire? io forse? o quei, chè in preda
Già i tuoi miseri Teucri ai Greci dava?
Chi contro l'Asia ergea l'Europa in guerra?
Chi, coi furtivi amori, infranse iniquo
I conjugali nodi? ebbe me guida
Forse il Dardanio adultero, per girne
A Sparta incontro? o l'armi a lui died'io?
O fomentai con sua libidin l'esca
Dell'empia rissa? Il paventar pe' tuoi,
Ti si addiceva allora: ingiuste or alzi
Querele tarde, e vani oltraggi apponi.
Tal favellava Giuno: i Numi intanto,
Chi propizio al suo dir, chi avverso, tutti
Van mormorando: come a selva in mezzo
Ciechi fremon costretti i venti primi,
Segno ai nocchier dell'imminente turbo.
Allora il Padre onnipossente, a cui
Tutto obbedisce l'Universo, il labbro,
Ecco, ei dischiude. Al suo parlar, si tace
La reggia alta de'Numi; infin dall'imo
La terra trema; è muta l'etra; i vanni
Ogni Zefiro chiude; il mar, senz'onda,
Placido giace. Udite; e in cor ben dentro
Fitti vi sien questi miei detti, o Numi.

Quandoquidem Ausonios conjungi foedere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem:
Quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem
Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur,
Sive errore malo Trojae, monitisque sinistris.
Nec Rutulos solvo. sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent. rex Juppiter omnibus idem.
Fata viam invenient. Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentes, atraque voragine ripas
Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi. solio tum Juppiter aureo
Surgit, Coelicolae medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere caede viros, et moenia cingere flammis.
Ast legio Aeneadum vallis obsessa tenetur:
Nec spes ulla fugae. miseri stant turribus altis
Nequicquam, et rara muros cinxere corona.

Poichè patti fra gl'Itali e i Trojani
Esser non denno, e quì fra voi le risse
Finir non ponno; or, da quest'oggi in poi;
Qual ch'abbia oguun la sorte, qual ch'egli abbia
La speme; o Teucro, o Rutulo, ch'ei sia;
Davanti me fien pari tutti: o debba
Il Trojan campo assedíato, a danno
Degl'Itali tornare, o ai Teucri debba
Fatal pur esser, cou augurj infausti.
Rutuli e Teucri, abbiasi il Fato. A ognuno
Rechin le proprie imprese o danno o sorte:
Giove a tutti fia pari. I Fati, i Fati,
Ben si apriran la via. Tace: e il gran cenno
Dell'ardua testa ei fa: tremendo giuro,
Per le negre di pece onde bollenti
Del fraternale vorticoso Stige,
Cui traballa commosso il vasto Olimpo.
Tosto dal seggio aurato ergesi Giove,
Fra il corteggio de' Numi ricondotto
Alla più interna alta celeste soglia.
Stringean frattanto i Rutuli ogni accesso
Del Teucro campo; e fiamme ai muri intorno
Brandivano, atterrando in copia pro di.
Chiusi entro i Teucri, al loro uscir vien tronca
Ogni speme. Infelici, indarno stanno
Su l'alte torri a guardia; e in rade file
Cingono omai le loro mura. I figli

Asius Imbrasides, Hicetaoniusque Thymoetes,
Assaracique duo, et senior cum Castore Tybris;
Prima acies: hos, germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus, et Haemon, Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnessius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hi jaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, nervoque aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris justissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho,
Lucet ebur: fusos cervix cui lactea crines
Accipit, et molli subnectit circulus auro.
Te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes
Vulnera dirigere, et calamos armare veneno,
Maeonia generose domo: ubi pinguia culta

D'Icetaóne e d'Imbraso, Timéte
Ed Asio; ambo gli Assáraci, il provetto
Tibride, in un con Castore; son questi
La schiera prima: a loro stan compagni,
Di Sarpedonte i duo germani, Emone,
E Chiaro, nella nobil Licia nati.
Ogni suo sforzo adoprando, traeva
Sovra i ripari Acmón Lirnesso un vasto
Masso, squarcio di monte: al forte suo
Genitor Clizio, ed al fratel Muestéo,
Pari Acmóne. Coi sassi i Teucri a gara,
Colle saette i Rutuli: chi schermo
Fassi, chi assalto: e volan faci e dardi.
All'aspra zuffa in mezzo, ecco, senz'elmo
La venustà del giovincel di Troja,
Degna cura di Venere: lampeggia
La ignuda faccia, quale in auro acchiusa
Gemma, che adorni a verginella il collo
O le increspate chiome: ovver, qual splende
Nitido avorio, imprigionato in atro
Ebano Oricio da maestra mano.
D'Ascanio sovra il latteo collo ondeggiano
I nereggianti folti crini, in molle
Cerchio compresi lenti in duttile oro.
E te pur vider le guerriere genti,
Nella illustre Meonia Ismaro nato,
Dove i ben colti opími piani irríga

Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro.

Affuit et Mnestheus, quem pulsi pristina Turni

Aggere murorum sublimem gloria tollit;

Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.

Illi inter se se duri certamina belli

Contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.

Namque ut ab Evandro castris ingressus Etruscis,

Regem adit, et Regi memorat nomenque genusque;

Quidve petat, quidve ipse ferat; Mezentius arma

Quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni

Edocet: humanis quae sit fiducia rebus

Admonet, immiscetque preces: haud fit mora; Tarchon

Jungit opes, foedusque ferit. tum libera fatis

Classem conscendit jussis gens Lydia Divum,

Externo commissa duci. Aeneia puppis

Prima tenet, rostro Phrygios subjuncta leones:

Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.

Con liquid'auro il Páttolo; te pure
Videro i prodi e saettare e armare
D'atro velen micidiali punte.
Mnestéo pur v'è; quei, che il sublime vanto
Dell'aver dianzi dai ripari espulso
Il fero Turno, riportonne: ed evvi
Capi; onde poi Capua nomossi: or, tutti
Nell'aspra pugna immersi, mentre in piena
Notte Enea le sonanti onde solcava.
Accomiatato ei già da Evandro, era ito
Verso Tarconte Re, nel campo Etrusco.
Chi egli fosse, e sua stirpe, e che richiegga,
E che prometta ei stesso, e quai sien l'armi,
Ch'ora aduna Mezenzio, e quai gli sdegni
Del fero Turno; esposto aveagli in breve;
E ad un tempo, ammonito avealo, saggio,
Della incostanzia delle umane cose,
Intessendo il suo dire anco di preghi.
Nè indugiava Tarconte: i sacri patti
Seco stringendo, il soccorrea di gente
Di navi e d'armi. Or, che commessa a estrano
Duce è l'armata, (e il comandaro i Numi)
Sciorre omai ponno i Lidj; è pago il Fato.
La prora alta d'Enea prima veniva,
Duo Frigj leon magni sotto il rostro
Sculti portando, e sovrapposto il monte
Ida, agli esuli Teucri immagin grata.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Hic magnus sedet Aeneas, secumque volutat
Eventus belli varios: Pallasque sinistro
Affixus lateri, jam quaerit sidera, opacae
Noctis iter; jam quae passus terraque marique.

Pandite nunc Helicona, Deae, cantusque movete;
Quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean, armetque rates, pelagoque vehatur.

Massicus aerata princeps secat aequora Tigri:
Sub quo mille manus juvenum, qui moenia Clusi,
Quique urbem liquere Cosas: queis tela, sagittae,
Corytique leves humeris, et lethifer arcus.
Una torvus Abas: huic totum insignibus armis
Agmen, et aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli juvenes: ast Ilva trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis;
Tertius, ille hominum Divumque interpres Asylas,
Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent,
Et linguae volucrum, et praesagi fulminis ignes,

Pensoso a poppa il grand'Enea si asside,
Seco gli eventi varj della guerra
Volgendo: al manco di lui lato stassi
Pallante affisso, or le notturne faci
Del ciel spiando, or dal Trojano udendo
L'aspre vicende, in terra e in mar sofferte.
Schiudete or, Dive, l'Elicona; e il canto
Ergasi al dir, qual dai Tirreni lidi
Stuol venga in armi accompagnando Enea;
Quai preman legni all'onde Tosche il dorso.
Bronzo-rostrata nave, a cui dan nome
Tigri, Mássico ascende, e su vi guida
Ben mille suoi, di Chiusi e Cossa estratti:
Loro armi son, mortifer'arco, e lievi
Farétre e dardi. Il torvo Abante il segue,
Traendo stuolo alteramente adorno
D'armi insigni: e gli splende a poppa infisso
Sculto Apolline aurato. A lui ministra
Secento, in guerra esperti, figli suoi
Populonia cittade; Elba, ferace
Di puro ferro inesauribil madre,
Isolani trecento. Asíla è il terzo
Fra i Toschi ajuti: è questi il sacro Asíla,
Divino e umano interprete, cui stanno
E quadrupedi e augelli sottoposti,
Augure eccelso; e sottoposti a lui
Gli astri del cielo, ed i presaghi tuoni.

Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.

Hos parere jubent Alpheae ab origine Pisae;

Urbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,

Astur equo fidens, et versicoloribus armis.

Tercentum adjiciunt (mens omnibus una sequendi)

Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,

Et Pyrgi veteres, intempestaeque Graviscae.

Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,

Transierim, Cinyra; et paucis comitate Cupavo,

Cujus olorinae surgunt de vertice pennae:

Crimen amor vestrum, formaeque insigne paternae.

Namque ferunt, luctu Cycnum Phaetontis amati,

Populeas inter frondes, umbramque sororum

Dum canit, et moestum Musa solatur amorem,

Canentem molli pluma duxisse senectam,

Linquentem terras, et sidera voce sequentem.

Filius, aequales comitatus classe catervas,

Densa di mille prodi astata schiera
Spinge questi in battaglia: a lui l'Etrusca
Pisa, colonia della Greca Alféa,
Commessi gli ha. Duce vien poscia Astorre;
Il bellissimo Astorre, a cui baldanza
L'armi dan, screziate, e il destrier fero.
Di Miníone e di Ceréte i campi,
La morbosa Gravisca e i Pirgi antiqui,
Guerrier trecento a lui ministran, tutti
Volonterosi il seguono. Nè fia,
Ch'io di te taccia, o bellicoso Cicno,
Condottiero de'Liguri, tacendo
Di Cupávo, tuo figlio; ancor che pochi
Lo accompagnino in guerra. Alto cimiero
Di bianche piume tremule di cigno,
Paterna insegna, ei porta. Amor, cagione,
Cicno, a te fu delle mutate forme.
Fama è, ch'ei troppo impietosito amico
Del fulminato suo Fetonte, in riva
Dell'Erídano, in mezzo all'alte ombrose
Populee frondi, (al misero già suore)
Piangenti carmi a sollevar suo duolo
Cantando andasse ognora; infin che chiusa
La senil voce in candide nascenti
Piume, augel fatto, su per l'aure al cielo
Vanni spiegasse. Il di lui figlio, or guida
Di guerrieri a lui pari armato legno,

Ingentem remis Centaurum promovet: ille

Instat aquae, saxumque undis immane minatur

Arduus, et longa sulcat maria alta carina.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,

Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,

Qui muros, matrisque dedit tibi, Mantua, nomen:

Mantua dives avis, sed non genus omnibus unum.

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:

Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires.

Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,

Quos patre Benaco velatus arundine glauca

Mincius infesta ducebat in aequora pinu.

It gravis Auletes, centenaque arbore fluctum

Verberat assurgens: spumant vada marmore verso.

Hunc vehit immanis Triton, et coerula concha

Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti

Il gran Centauro, infra l'Etrusca armata.
Dall'alta poppa la biforme fera
Torreggiando su l'onde, un masso enorme
Fra mani libra, minacciosa: intanto
La veloce carena in solchi lunghi
Squarcia il profondo mare. Ocno pur egli,
Quei, che dal Tosco Tebro ebbe già vita
E da Manto fatidica, (il cui nome
Diede, o Mantova, ei poscia alle tue mura;
Benchè di lui più antiqua origin doppia
Da fondatori altri tu vanti;) ei pure
Guerriero stuol dalle paterne spiagge
Adduce. In tre divide Ocno sue genti;
Quattro popoli in se ciascuna conta,
Tribù nomata; a tutti capo, e nerbo
Di Tosca stirpe, è Mantova. Ribelli
Del rio Mezenzio al giogo, in armi quindi
Ben cinquecento ella ne invía. Lor prora
Guidata era dal Mincio, a cui ministra
Benáco l'onde; il pinto egregio fiume
Stavvi, col serto de' verdicci giunchi.
Su nave immensa il grave Auléte cento
Remi erge a un tratto a flagellare i flutti,
Sossópra volti, spumeggianti al forte
Urto incessante. Immane alto Tritone
Dà nome al legno: ei la stridente tromba,
Terror dell'onde, a bocca tiensi; insino

Frons hominem praefert, in Pristin desinit alvus:
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subsidio Trojae, et campos salis aere secabant.
Jamque dies coelo concesserat; almaque curru
Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum.
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens clavumque regit, velisque ministrat.
Atque illi medio in spatio chorus ecce suarum
Occurrit comitum, Nymphae: quas alma Cybele
Numen habere maris, Nymphasque e navibus esse
Jusserat: innabant pariter, fluctusque secabant;
Quot prius aeratae steterant ad litora prorae.
Agnoscunt longe Regem, lustrantque choreis.
Quarum quae fandi doctissima Cymodocea,
Pone sequens, dextra puppim tenet; ipsaque dorso
Eminet, ac laeva tacitis subremigat undis.
Tum sic ignarum alloquitur: Vigilasne, Deum gens,
Aenea? vigila, et velis immitte rudentes.

Al galleggiante fianco, ispide forme
Mostra egli d'uom, Pístrice il resto: ferve
Sotto ai ferini membri il mar sonante.
Trenta alti pini, ed altrettanti eletti
Duci, così del vasto sale i campi
Venían solcando, a dare ai Teucri ajuto.
Notte omai piena fassi; i raggi vibra
Da mezzo il cielo la vagante Luna:
Nè dorme Enea pertanto; a cui le troppe
Cure vietano il sonno. Al timon egli
Siede nocchiero, e al veleggiar dà norma.
Ecco, dal sen dell'onde a lui davanti
Coro apparir, di amiche Ninfe: or quelle
Son, che già state un dì sue navi, in Dive
Del mar cangiò l'alma Cibéle. In schiera
Pari nuotanti, elle dividon l'onda;
Ninfe altrettante, quante al lido prore
Stetter rostrate, già. Festose intorno
Al noto Enea guizzando, una, oltre tutte
Cimódoce faconda, assai si appressa
Al di lui legno, e la man destra ha stesa
All'alta poppa: indi su i flutti a galla
Dal cinto in su innalzandosi, pel queto
Mar, da man manca gli naviga a lato.
Ad Enea, del prodigio ancora ignaro,
Parla ella poscia in questi accenti: O prole
De' Numi, or vegli tu? vigila, e sciogli

Nos sumus Idaeae sacro de vertice pinus,

Nunc pelagi Nymphae, classis tua. perfidus ut nos

Praecipites ferro Rutulus flammaque premebat;

Rupimus invitae tua vincula, teque per aequor

Quaerimus. hanc genetrix faciem miserata refecit,

Et dedit esse Deas, aevumque agitare sub undis.

At puer Ascanius muro fossisque tenetur

Tela inter media atque horrentes Marte Latinos.

Jam loca jussa tenet forti permistus Etrusco

Arcas eques: medias illis opponere turmas,

Ne castris jungant, certa est sententia Turno.

Surge age, et Aurora socios veniente vocari

Primus in arma jube; et clypeum cape, quem dedit ipse

Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.

Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,

Ingentes Rutulae spectabit caedis acervos.

Dixerat: et dextra discedens impulit altam,

Haud ignara modi, puppim: fugit illa per undas

Tutte ai venti le vele. Altere piante
Nate già noi dell'Ida sacro in cima
Tue navi fummo, e siam de' mari or Ninfe.
Col ferro e il fuoco a precipizio appena
Trasseci l'empio Rutulo, noi tosto,
Sforzate a romper l'ancore, venívamo
Di te pel mar cercando. Ebbe pietade
Di noi la Madre Idéa; cangiate quindi
Le forme nostre, in mar nuotanti Dive
Ella ci volle. Or, ti rechiam, che cinto
Da ossidíone il giovinetto Giulo,
Dei feroci Latini ai dardi in mezzo
Ristretto ei stassi. Il disegnato posto
Preso han già, misti al prode Etrusco, i ratti
Arcadici cavalli: ad essi incontro
Andarne Turno con sue squadre ha fermo,
Per interporsi al giunger loro in campo.
Su, via, ti affretta; e, all'albeggiar, tu primo
Chiama all'armi i compagni; imbraccia, primo,
L'auri-fregiato inpenetrabil scudo,
Del Dio stesso del fuoco altero dono.
Il dì vegnente, (ove il mio dir pur vano
Non abbi tu) vedrà il vegnente giorno
Alti monti di Rutuli cadaveri.
Tacque: e, partendo, alla nuotante poppa
Tal dava esperta ed efficace spinta,
Che più che strale celere per l'onde

Ocior et jaculo, et ventos aequante sagitta.
Inde aliae celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades; animos tamen omine tollit.
Tum breviter supera aspectans convexa precatur:
Alma parens Idaea Deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeraeque urbes, bijugique ad fraena leones,
Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibusque adsis pede, Diva, secundo.
Tantum effatus: et interea revoluta ruebat
Matura jam luce dies, noctemque fugarat.
Principio sociis edicit, signa sequantur,
Atque animos aptent armis, pugnaeque parent se.
Jamque in conspectu Teucros habet et sua castra,
Stans celsa in puppi. clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem. clamorem ad sidera tollunt
Dardanidae e muris. spes addita suscitat iras.
Tela manu jaciunt; quales sub nubibus atris
Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant

Vola, de'venti al par, l'impulsa nave
Veloci pur la sieguon l'altre. Il figlio
D'Anchise, sta di maraviglia carco,
Nulla sapendo: al fausto augurio pure,
De'Teucri suoi l'animo egli erge. E tosto,
Nelle sideree volte affisso gli occhi,
Tai brevi preghi invía: Dei Numi Madre
Alma Idéa, tutelare, a cui sì a grado
Son del Díndimo i gioghi, e le turríte
Cittadi, e i leon feri al carro avvinti;
Cibéle, or tu del mio pugnar sii scorta;
Tu il presagio mi affretta, e tu, benigna
Diva, i Frigj asseconda. — Ei più non disse.
Opportuna sorgea la luce intanto,
Poste in fuga le tenebre. Da prima
Chiama i compagni a lor bandiere Enea,
E impon, che l'armi alla battaglia e il core
Apprestino. Già mira ei dall'eccelsa
Sua nave, a lui di contro starsi il campo
De'suoi Trojani. Il fiammeggiante scudo
Brandisce allor col manco braccio in alto;
E, vedendolo i Frigj, al cielo un grido
Mandan feroci, dalle mura. Aggiunta
Si è lor la speme, e ridestate ha l'ire:
Già risaettan romorosi. In tale
Romba suonar fa l'etra un folto stuolo
Di augei Strimonj, all'alte nubi in seno

Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusque ea mira videri
Ausoniis; donec versas ad litora puppes
Respiciunt, totumque allabi classibus aequor.
Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma
Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes:
Non secus ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent; aut Sirius ardor:
Ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris
Nascitur, et laevo contristat lumine coelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Litora praeripere, et venientes pellere terra.
Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro:
Quod votis optastis, adest perfringere dextra:
In manibus Mars ipse, viri: nunc conjugis esto
Quisque suae tectique memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudesque. ultro occuramus ad undam,
Dum trepidi, egressisque labant vestigia prima.
Audentes Fortuna juvat.

Volanti con festoso schiamazzio,
Dagli Austri spinte. Di stupor percossi
Turno e i suoi duci, a un tal gridar; fintanto
Che al lido volti l'approdante armata
Veggano, e ascoso dai navigli il mare.
Fiamme l'alto cimier d'Enea lampeggia;
Fiamme avventa a torrenti il fulgid'auro
Del terribile scudo. In tal rossiccia
Feral vampa la notte umida vede
Arder talor Cometa in sangue tinta:
Splendor cotal piove il gran Sirio, quando
Reca egli infausto ai miseri mortali
E sete e morbi, contristando il cielo
D'orrenda luce. Al baldanzoso Turno
Non vien perciò scemo l'ardire: ei tosto
Preoccupar tenta la spiaggia, e indietro
Lungi tenerne Enea. Gridando, ei corre,
E inanimando i suoi: Vedete? or, ecco,
I voti vostri al fin compiuti; or, dato,
Rutuli, v'è di terminar con l'armi;
Ora, è vostra la pugna. Omai rammenti
E la consorte e i Lari suoi, rammenti
Ciascuno omai le imprese alte degli avi.
Contro ai vegneuti Toschi, ora, mentr'essi
Vacillanti le incerte piante a stento
Pongon sul lido, or ci avventiam, su, via:
Fortuna sempre all'ardimento arride.

Haec ait, et secum versat, quos ducere contra,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi servare recursus
Languentis pelagi, et brevibus se credere saltu:
Per remos alii. speculatus litora Tarchon,
Qua vada non sperat, nec fracta remurmurat unda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur aestu,
Advertit subito proras; sociosque precatur:
Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;
Tollite, ferte rates; inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel. quae talia postquam
Effatus Tarchon; socii consurgere tonsis,
Spumantesque rates arvis inferre Latinis:
Donec rostra tenent siccum, et sedere carinae
Omnes innocuae, sed non puppis tua, Tarchon:
Namque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu, fluctusque fatigat;

Turno, ciò detto, in se divisa, a cui
Debba affidar l'ossidíon del campo,
E quai menar seco allo scontro. — Enea
Giù dalle prore intanto manda i ponti
Su i lidi; onde i suoi sbarchino. Molti havvi,
Che dove l'acqua veggon giacer morta,
Vi si slancian d'un salto: altri, pe' remi
Giù giù si vengon sdrucciolando. Indaga
L'occhio sagace di Tarconte il dove
Più lenta s'immedesmi al mar la riva,
Senza fragor di stridule rotte onde;
E là, tosto sue prore ei drizza, e grida:
Nei remi, su, tutti ne' remi datevi,
Scelti miei prodi; a vol sia spinto il legno;
Via, di peso si porti: all'ostil terra
Squarciam co' feri rostri il duro fianco;
Solco ampio faccia la carena nostra,
Che a patto tal romper non niego. A queste
Voci incalzanti di Tarconte, erettisi
Vieppiù su i remi i suoi compagni, addentro
Ben oltre han molte navi in terra spinte
Infra i Latini campi: illese tutte
L'asciutta arena mordono; sol tranne
La tua, Tarconte, che da impulso obliquo
Arrenatasi, spenzola, e colmandosi
D'acqua e di sabbia, inegualmente sta:
Sostentatasi in bilico assai tempo,

Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:

Fragmina remorum quos et fluitantia transtra

Impediunt, retrahitque pedes simul unda relabens.

Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer

Totam aciem in Teucros, et contra in litore sistit.

Signa canunt. primus turmas invasit agrestes

Aeneas, omen pugnae: stravitque Latinos,

Occiso Therone; virum qui maximus ultro

Aenean petit. huic gladio perque aerea suta,

Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.

Inde Lycam ferit, exsectum jam matre peremta,

Et tibi, Phoebe, sacrum: casus evadere ferri

Quod licuit parvo. nec longe Cissea durum,

Immanemque Gyam, sternentes agmina clava,

Dejecit letho. nihil illos Herculis arma,

Nil validae juvere manus, genitorque Melampus;

Alcidae comes usque graves dum terra labores

Praebuit. ecce Pharo, voces dum jactat inertes,

Sotto al flagel de'flutti, al fin sdruscivasi,
E i guerrier suoi delle sals'onde in seno
Cadevano. Si oppongono al lor nuoto
I rotti remi, i galleggianti scanni,
Le correnti dal lido rifuggenti.
Nè tardo è Turno ad affrontarli. Ei trae
I suoi, da forte, in su la spiaggia, e incontro
Ai vegnenti li schiera. Han già le trombe
Intimata la pugna. Enea già, primo,
Piombò su le Latine agresti turbe;
Fausto inizio di guerra: in rotta vanno,
Teron lor duce ucciso; il qual si attenta,
Torreggiante fra'suoi, di Enea sfidare.
Il Teucro Eroe, col brando a costui passa
E la loríca e l'auree vesti e il fianco.
Trafigge ei quindi Lica, alla vitale
Luce già estratto dalla morta madre.
Sfuggito questi all'incidente ferro,
Fin da bambino a te fu sacro, o Apollo.
Lì presso, Enea prostende a terra morti,
Cisséo feroce e il vasto Gía, mentr'essi
Abbattean con lor clave intere squadre.
Nulla lor val l'Erculea mazza, e nulla
Le nerborute braccia, o il nascer figli
Di Melampo, compagno d'Ercol sempre
Nelle quaggiù gravose sue fatiche.
Ecco, a Faro, che intuona stolti vanti,

Intorquens jaculum, clamantis sistit in ore.

Tu quoque, flaventem prima lanugine malas

Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon,

Dardania stratus dextra, securus amorum,

Qui juvenum tibi semper erant, miserande jaceres;

Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci

Progenies; septem numero, septenaque tela

Conjiciunt: partim galea clypeoque resultant

Irrita: deflexit partim stringentia corpus

Alma Venus. fidum Aeneas affatur Achaten:

Suggere tela mihi (non ullum dextera frustra

Torserit in Rutulos) steterunt quae in corpore Grajum

Iliacis campis. tum magnam corripit hastam,

Et jacit: illa volans clypei transverberat aera

Maeonis, et thoraca simul cum pectore rumpit.

Huic frater subit Alcanor; fratremque ruentem

Sustentat dextra. trajecto missa lacerto

Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem:

Mentre i labri ei spalanca, Enea conficca
Giù nella gola un dardo. E tu pur eri
Spento, o Cidon, dalla Dardania destra,
Mentre perduto amante ivi tracciando
Clizio, cui spunta in su le guance appena
L'aurea lanugin prima: ivi tu sciolto,
Cidon, per sempre dai fanciulli, amati
Da te pur troppo, eri già quasi quasi:
Ma al tuo morir di Forco i figli fansi
Ostacolo. Son sette, in folta schiera
Fraterna; e sette i lor lanciati dardi,
A un tratto tutti. Parte d'essi, in terra
Rimbalzan, risospinti dall'elmetto
E dallo scudo del Trojano, a vuoto:
Altri, che a lui venían più forti, sviali
L'alma sua stessa Genitrice altrove.
Al fido Acáte allora Enea: Su, dammi,
Quell'arme dammi, che agli Ilíaci campi
Già le membra inchiodar di Achivi tanti:
Non fia ch'ora nei Rutuli nè un colpo
Questa mia destra a vuoto vibri. Ei tace:
La immane lancia afferra, e sì la scaglia,
Che l'eneo scudo a vol trapassa, e rompe
L'usbergo e il petto di Meóne. A lui
Cadente già, sporge Alcanór la destra,
Fraterno ajuto; ma la rapid'asta
Fuggente in corso sanguinoso inchioda

Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit.

Tum Numitor, jaculo fratris de corpore rapto,

Aenean petiit: sed non et figere contra

Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatae.

Hic Curibus, fidens primaevo corpore, Clausus

Advenit, et rigida Dryopen ferit eminus hasta

Sub mentum graviter pressa, pariterque loquentis

Vocem animamque rapit trajecto gutture: at ille

Fronte ferit terram, et crassum vomit ore cruorem.

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema;

Et tres, quos Idas pater, et patria Ismara mittit;

Per varios sternit casus. occurrit Haloesus,

Auruncaeque manus: subit et Neptunia proles,

Insignis Messapus equis: expellere tendunt

Nunc hi, nunc illi. certatur limine in ipso

Ausoniae. magno discordes aethere venti

Praelia ceu tollunt, animis et viribus aequis:

Di Meóne alle spalle il braccio amico
Del misero Alcanorre, la cui mano
Guizza, morente, pendula. Ecco, il terzo
De' fratei, Numitor, dal corpo estratta
Di Meón l'asta, la riscaglia irato
Contro Enea: ma ferirlo a lui non lice;
E il saettato ferro a lambir viene
L'una coscia d'Acáte. Innanzi fassi
Cláuso, il duce de' Curj, allor securo
Nella sua possa giovenile: ei vibra
Contro a Dríope la fera asta, e gli tronca
Nella trafitta strozza e l'alma e i detti,
Che articolando stava. Dríope cade,
Battendo il suolo con la fronte, e un lago
Gli esce di bocca di sangue aggrumato.
Nè vi si arresta Cláuso: ei pure uccide
Tre, nati in Tracia della stirpe eccelsa
Di Borea; e tre, cui manda Ida lor padre
D'Ismara terra; in varie guise uccisi
Tutti. E d'Arunca con le schiere innanzi
Vien anco Aléso; ed il Nettunio germe,
Messápo, insigne pe' destrieri. A prova
Tentan l'un l'altro espellersi: sul primo
Ingresso quivi dell'Ausonia ferve
La pugna. Spesso i discordanti venti,
D'impeto pari, azzuffansi ne' vasti
Campi dell'etra; e non dagli uni spinte

Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:

Anceps pugna diu: stant obnixi omnia contra.

Haud aliter Trojanae acies, aciesque Latinae

Concurrunt: haeret pede pes, densusque viro vir.

At parte ex alia, qua saxa rotantia late

Intulerat torrens, arbustaque diruta ripis,

Arcadas, insuetos acies inferre pedestres,

Ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci,

Aspera queis natura loci dimittere quando

Suasit equos; unum quod rebus restat egenis,

Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:

Quo fugitis, socii? per vos et fortia facta,

Per ducis Evandri nomen, devictaque bella,

Spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudis;

Fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostes

Est via, qua globus ille virum densissimus urget:

Hac vos, et Pallanta ducem patria alta reposcit.

Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste

Son le nuvole più, nè il son pur l'onde;
Ma in lungo dubbio scontro stan l'un l'altro
Tenaci urtando sì, che nullo cede:
Tali or le Teucre e le Latine schiere,
Uom si affoltan contr'uomo, arme contr'arme,
Piè contro piede. Ma, per altra parte
Dove alti sassi e sradicate piante
Giù voltolava un rio torrente, astretti
Gli Arcadi sono ad *appiedarsi*. Indarno;
Ch'usi soltanto a equestre pugna, or vanno
Già in rotta, e loro incalzano i Latini.
Vistili allor Pallante dall'asprezza
Del luogo a viva forza pedon fatti,
A rampognarli, a pregarli (ultim'arme
Negli ultimi perigli) ei tosto imprende,
Per ridestare in lor virtude: Or, dove,
Dove, o socj, fuggite? Ah, per le vostre
Prische imprese, per voi, pel nome invitto
D'Evandro Re, per l'acquistate palme,
Io vi scongiuro; e per la nuova speme
Della mia gloria, ch'emulare ardisca
Quella del padre mio; deh, non vi affidi
La fuga, or no. Dove più folto bolle
Là di nemici orrido stuol, là, s'apra
La via col ferro: ivi la patria chiama
Seguaci voi, duce, Pallante. A fronte
Già non ci stanno irati Numi: ostile

Mortales: totidem nobis animaeque, manusque.

Ecce, maris magno claudit nos obice pontus:

Deest jam terra fugae: pelagus, Trojamne petemus?

Haec ait, et medius densos prorumpit in hostes.

Obvius huic primum, fatis adductus iniquis,

Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere saxum,

Intorto figit telo, discrimina costis

Per medium qua spina dedit: hastamque receptat

Ossibus haerentem. quem non super occupat Hisbon,

Ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentem,

Dum furit, incautum, crudeli morte sodalis,

Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.

Hinc Sthenelum petit, et Rhoeti de gente vetusta

Anchemolum, thalamos ausum incestare novercae.

Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in arvis,

Daucia, Laride Tymberque, simillima proles,

Indiscreta suis, gratusque parentibus error.

Braccio mortal mortali petti assalta:
Pari a lor noi, d'alma, e di mano. È meta
Al fuggir nostro insormontabil, ecco,
Il mar colà: ci manca il suol già quasi:
Al Trojan campo arriverem noi forse
Per quell'onde, pedoni? — E nel più denso
Dei Latini già scagliasi Pallante,
Così gridando. A lui davanti primo
Trae l'aspra sorte Lago, che alzar tenta
Il vasto pondo d'un sasso, per trarglielo:
Pallante l'asta avventagli, e il colpisce
Nella dorsale spina, donde a stento
Va ríavendo poi la punta, infissa
Tra costa e costa. In ciò mentr'ei si adopra,
Infuríato Isbón pel morto amico,
Sovra Pallante scagliasi: ma indarno
Spera improvviso coglierlo. Pallante
Già nel cuor gonfio dell'incanto Isbóne
Nascoso ha il brando insino all'elsa. Ei quindi
Sténelo affronta; e Anchémolo, che nato
Del nobil Reto, il talamo paterno
Contaminare incestuoso ardiva,
La madrigna stuprando. E voi, di Dauco
Prole gemella, anco premeste i campi
Rutuli; voi, Láride e Timbro, in tutto
Simíli tanto, che, indistinti, spesso
Grato error foste ai genitori: or troppo,

At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi, Tymbre, caput Evandrius abstulit ensis:
Te decisa suum, Laride, dextera quaerit;
Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.
Arcadas accensos monitu, et praeclara tuentes
Facta viri, mistus dolor et pudor armat in hostes.
Tum Pallas bijugis fugientem Rhoetea praeter
Trajicit. hoc spatium, tantumque morae fuit Ilo:
Ilo namque procul validam direxerat hastam:
Quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque volutus,
Caedit semianimis Rutulorum calcibus arva.
Ac velut optato, ventis aestate coortis,
Dispersa immittit silvis incendia pastor:
Correptis subito mediis, extenditur una
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ovantes.
Non aliter socium virtus coit omnis in unum;

Troppo (ahi!) distinti or da Pallante in morte:
Ch'ei, col brando d'Evandro, a Timbro il capo
Recide; e a te, la man di ferro armata,
Láride, ei tronca sì, che semivive
Guizzan le dita, impugnanti ancor l'elsa;
E bramar pajon rappiccarsi al monco
Tuo braccio. Intanto, ira e vergogna un tale
Sprone hann'aggiunto agli Arcadi infiammati
Dai detti al par che dalle lucid'opre
Di Pallante lor duce, ch'essi a gara
Assaltan l'oste. Ecco, a Retéo, che fugge
Sovra rapida biga, è da Pallante
Trafitto il fianco: ad Ilo iva quel colpo;
Ma Retéo se l'usurpa, mentre al ferro
Del prode Teutra, e del fratel Tiréne
S'iva involando. Semi-morto sopra
Il Latin suol natío dal carro cade
Calcitrando Retéo: ma il dardo istesso
Più innanzi vola, e arreca ad Ilo morte,
Sì breve tempo differita indarno.
Come, al soffiar di estive aure bramate,
Suol da più parti in ampia selva il fuoco
Porre il pastore; ed in contegno ei poscia
Di vincitor, le trionfanti fiamme
Assiso mira in un raccorsi, e strage
Subita orribil farne: in un raccolta
Così avvampa degli Arcadi la fera

Teque juvat, Palla. sed bellis acer Haloesus

Tendit in adversos, seque in sua colligit arma.

Hic mactat Ladona, Pheretaque, Demodocumque:

Strymonio dextram fulgenti deripit ense,

Elatam in jugulum: saxo ferit ora Thoantis,

Ossaque dispersit cerebro permixta cruento.

Fata canens silvis genitor celarat Haloesum;

Ut senior letho canentia lumina solvit;

Injecere manum Parcae, telisque sacrarunt

Evandri. quem sic Pallas petit, ante precatus:

Da nunc, Tybri pater, ferro, quod missile libro,

Fortunam atque viam duri per pectus Haloesi:

Haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.

Audiit illa Deus: dum texit Imaona Haloesus,

Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

At non caede viri tanta perterrita Lausus,

Virtude; e a te, che l'accensor ne fosti,
Giova, o Pallante. Ma il feroce Aléso,
Tutto nell'armi sue, si scaglia incontro
Alla lor foga. Egli ha trafitti a un tratto
E Ladóne e Demodoco e Feréta:
E a Strimon già col balenante brando
Tronca ha la destra, che a ferirlo in gola
Dritto venia: d'un sasso indi ei percuote
Di Toante la testa, sì, che infranto
Colle cervella il cranio sanguinoso,
Sparso vola quà e là. D'Aléso il padre,
Prescio de'Fati, a lungo già il tenea
In selve ascoso: ma, chiudendo in morte
Gli occhi antichi il buon vecchio, allor le Parche
Spinsero Aléso al suo destino, e ai dardi
D'Evandro il diero. Di assalirlo in atto,
Porgea Pallante questi preghi: O Tebro,
Alto padre, or concedi a questo mio
Dardo, ch'io scaglio, un fortunato corso
Per lo petto d'Aléso. Avrà in trionfo
Una tua quercia, avrà, le spoglie e l'armi
Di guerrier tanto. Udillo il Dio. Si stava
Col proprio scudo in quell'istante Aléso
Ricoprendo Imaóne: ond'egli, ignudo
(Misero!) offerse alla saetta il petto.
Ma i suoi Tirreni sgomentar non lascia
Láuso, al cader di un tal guerriero. Ei tosto,

Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit; pugnae nodumque moramque.
Sternitur Arcadiae proles, sternuntur Etrusci;
Et vos, o Graiis imperdita corpora, Teucri.
Agmina concurrunt, ducibusque et viribus aequis:
Extremi addensent acies: nec turba moveri
Tela manusque sinit. hinc Pallas instat, et urget:
Hinc contra Lausus. nec multum discrepat aetas:
Egregii forma; sed queis fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi:
Mox illos sua fata manent majore sub hoste.
Interea Soror alma monet succurrere Lauso
Turnum; qui volucri curru medium secat agmen.
Ut vidit socios: Tempus desistere pugnae.
Solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas
Debetur: cuperem ipse Parens spectator adesset.
Haec ait: et socii cesserunt aequore jusso.
At Rutulum abscessu juvenis, tum jussa superba
Miratus, stupet in Turno: corpusque per ingens

Folgor di guerra, uccide a se dincontro
Abante, all'armi sue primiero intoppo.
Cadon Arcadi, e Toschi; e voi pur, Teucri,
De' Greci già vano berzaglio, or voi
Quì pur cadete. In folta mischia, eguali
E di forze e di Duci, ambe le schiere
Si azzuffan; pontan gli ultimi su i primi;
Stretta è tanto la calca, ch' armi e mani
Allaccia loro. Incalza e preme quinci
Pallante; quindi incontro regge Láuso:
Non dissimili d' anni, egregj entrambi
Di bellezza; e sì l'un che l'altro, tolti
Di lor patria per sempre omai dal Fato.
Ma dell'Olimpo il gran Rettor pur niega
Che l'un l'altro or trafigga: a maggior brando
Dal lor destino ambi serbati, in breve.
Giuturna intanto, alma di Turno suora,
Lo spinge a dare a Láuso ajuto. Ei fende
Già la battaglia col volante carro;
E giunto, grida a' suoi compagni: Addietro
Fatevi or voi: Pallante è mio: sovr'esso
Scagliarmi sol, voglio e degg'io. Deh, seco
Quì fosse in campo il di lui padre anch'egli!
Tace: e i compagni già l'onor gli han dato
Della superba pugna. Il giovin scorge
Per ogni parte intorno diradarsi,
Al fier comando, i Rutuli: onde in Turno

Lumina volvit, obitque truci procul omnia visu.

Talibus et dictis it contra dicta tyranni:

Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis,

Aut letho insigni. Sorti Pater aequus utrique est.

Tolle minas. Fatus medium procedit in aequor.

Frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.

Desiluit Turnus bijugis: pedes apparat ire

Cominus. utque leo, specula cum vidit ab alta

Stare procul campis meditantem praelia taurum,

Advolat: haud alia est Turni venientis imago.

Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,

Ire prior Pallas, si qua fors adjuvet ausum,

Viribus imparibus; magnumque ita ad aethera fatur:

Per patris hospitium, et mensas quas advena adisti,

Te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis:

Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,

Fissi ei tien gli occhi attoniti. Trascorsa
Ch'ebbe co' sguardi tutta la gran mole
Di un tal guerrier da lungi, in franco e truce
Contegno, ei rispondea di Turno ai detti:
O dell'opíme tue spoglie fregiato,
O da te morto, io sempre andrommi illustre.
Presto del pari all'una sorte e all'altra
Sta, generoso, il padre mio. Tu dunque
Dalle minacce or cessa. E, detto appena,
Gli si fa incontro, a mezzo il campo. Un gelo
Per le midolle agli Arcadi trascorre.
Balzato è Turno dalla biga: ei viene
Da corpo a corpo alla pedestre pugna.
Leon così, che d'alta cima ha visto
Lungi pe' prati altero toro all'aura
Cozzar col corno, e chieder zuffa; al piano
Vola bollente, come Turno or vola,
Sceso dal carro. A tiro d'asta appena
Giunto il crede Pallante, ei vuol primiero,
Egli, assalirlo; e pareggiar, se puote,
Col suo ardir l'altrui forza. Al ciel frattanto
Manda ei tai detti: Alcíde, all'alta impresa
Mi assisti or tu; per l'ospital paterna
Mensa, cui pellegrin tu non sdegnavi,
Io ti scongiuro: deh! piagato a morte
Cada Turno per me; rapir si vegga,
Volgendo i moribondi ultimi sguardi,

Victoremque ferant morientia lumina Turni.
Audiit Alcides juvenem, magnumque sub imo
Corde premit gemitum, lacrymasque effudit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis:
Stat sua cuique dies: breve, et irreparabile tempus
Omnibus est vitae: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Trojae sub moenibus altis
Tot nati cecidere Deum: quin occidit una
Sarpedon, mea progenies: etiam sua Turnum
Fata vocant, metasque dati pervenit ad aevi.
Sic ait, atque oculos Rutulorum rejicit arvis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam;
Vaginaque cava fulgentem deripit ensem.
Illa volans, humeris surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro praefixum robur acuto
In Pallanta diu librans jacit, atque ita fatur:
Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot aeris,

Da me sovr'esso vincitor si vegga
Strappar le sanguinose armi dal petto.
Udiva i detti giovenili Alcíde;
E premea nel profondo core i gemiti,
Piangendo indarno pure. Allor porgea
Pietosi detti al suo celeste figlio
Giove così: D'ogni uom prefissa è l'ora;
Breve a tutti e immutabile, il confine
Del viver sta: ma la virtude acquista
Con gli alti fatti al prode eccelsa fama,
Che gli è vita seconda. Assai dei figli
Anco de'Numi, cadder sotto Troja:
Sarpedonte, mia prole, ei pur vi cadde:
Anco i suoi Fati appellan Turno; è giunta
Degli anni a lui concessi omai la meta.
Così parlando, abbassa Giove i lumi
Sovra i Rutuli campi. — Intanto l'asta
Da tutto il braccio suo scagliò Pallante;
E tosto poi la fiammeggiante spada
Snudò: l'asta volante, a sommo lambe
Lo scudo, a sommo poi gli omeri armati
Impiagando al gran Turno alquanto pure
La cute. Allor, sua quercia ferrea grave
Turno librando pria, l'avventa, e grida:
Mira, o Pallante, se più addentro aggiunga
Dell'asta tua la mia. Tace: e già passa
La saettata punta appien lo scudo,

Cum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transverberat ictu,
Loricaeque moras, et pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Una eademque via sanguisque animusque sequuntur.
Corruit in vulnus: sonitum super arma dedere:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens,
Arcades, haec, inquit, memores mea dicta referte
Evandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,
Largior. haud illi stabunt Aeneia parvo
Hospitia. et laevo pressit pede, talia fatus,
Exanimum; rapiens immania pondera baltei,
Impressumque nefas: una sub nocte jugali
Caesa manus juvenum foede, thalamique cruenti;
Quae bonus Eurytion multo caelaverat auro:
Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudetque potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisque futurae,
Et servare modum, rebus sublata secundis!

Che ferro e bronzo e cuoja a suolo a suolo
Ammonta indarno; e trapassa anco in mezzo
La lorica; e un gran foro in sen gli fa.
Tenta Pallante il caldo ferro estrarsi,
Ma della piaga fuori a un tempo sbocca
Ed il sangue e la vita. In giù rivolto,
Boccone egli precipita; sovr' esso
Rimbomban le cadenti armi sonanti;
Mentr' ei morendo il suol nemico morde
Con la sanguigna labbia. A lui sta sopra
Turno; e agli Arcadi grida: A Evandro vostro
Memori voi recate or questi accenti:
Ch' io, qual sel merta, a lui rimando il figlio;
Nè onor di tomba io gli contendo, od altro
Flebil sollievo sepolcrale: assai
Caro a lui costerà l'ospite Enea.
E, in ciò dir, sovra il bel giovine esanime
Col manco piè pontando, ei lo spogliava
D' un ricco balteo grave. In esso è sculta
L' ampia notturna iniqua orrida strage,
Onde macchiaro i maritali letti
Le spietate Danaidi: opra, tutt' aspra
D' auro, dal dotto Eurizion scolpita.
La trionfale spoglia or baldo assume
Turno: ahi, dell' uomo ignare menti! ahi, stolta
E mal provida gioja, di nostr' alme
Gonfie ognor da seconda aura pur troppo!

Turno tempus erit magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta, et cum spolia ista, diemque
Oderit. at socii multo gemitu lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum redituro parenti!
Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert:
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos.
Nec jam fama mali tanti, sed certior auctor
Advolat Aeneae: Tenui discrimine lethi
Esse suos; tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quaeque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro; te, Turne, superbum
Caede nova quaerens. Pallas, Evander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensae, quas advena primas
Tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
Quatuor hic juvenes; totidem, quos educat Ufens,
Viventes rapit: inferias quos immolet umbris,

Giorno verrà, che ad ogni costo intatto
Pallante pur vorría quei, ch'or l'uccide:
Tanto, e sue spoglie, e il dì, ch'ei l'ebbe, a Turno
Daran rammarco. Ma gli Arcadi intanto,
Con gemiti e con lagrime moltissime,
Van riportando, a gara, in sul suo scudo
Il morto corpo steso. Oh! qual tu riedi,
Pallante, al genitor! a lui del pari
Duolo ed onore immenso: il dì primiero
Del tuo pugnar fu questo; e fu l'estremo:
Ma tu, Rutuli corpi, a monti, in campo,
Anco lasciavi, del tuo brando messe.
Nè già il sol grido di cotanto danno,
Ma il certo annunzio al prod'Enea ne vola,
Star presso a morte i suoi; breve esser l'ora
Per ajutar gli omai sconfitti Teucri.
Coll'avvampante spada ei già si schiude
Ampia intorno la via, tra il folto stuolo
Te pur cercando, o insuperbito Turno
Per la recente tua vittoria. Enea
Sol negli occhi ha Pallante, e il mesto padre
Evandro, quale all'ospital sua mensa
Lui straniero egli accolse, amica destra
Generoso porgendogli. Ecco, Enea
Quattro giovani figli di Sulmone,
E altri quattro all'Aufente in riva nati,
Vivi ei disarma, ed incatena, e serba

Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam cum tenderet hastam;
Ille astu subit, ac tremebunda supervolat hasta:
Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios manes, et spes surgentis Iuli,
Te precor hanc animam serves natoque, patrique.
Est domus alta: jacent penitus defossa talenta
Caelati argenti: sunt auri pondera facti
Infectique mihi. non hic victoria Teucrum
Vertitur. haud anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Natis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, jam tum Pallante peremto.
Hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus, galeam laeva tenet, atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem.
Nec procul Aemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora vitta,

Per poi rigar del loro sangue il rogo,
In cui si acqueti di Pallante l'ombra.
Passa oltre tosto, ed a Magon la punta
Dell'asta sua mortifera già sopra
Stava; Magon, destro si abbassa, e il volo
Dell'avventato strale a vuoto fischia:
Ei, sottentrando supplice, gli abbraccia
I ginocchi, e diceva: Enea, per l'alma
Del gran tuo genitor, per la nascente
Speme di Giulo tuo, pregoti, a un padre
Serba in me vivo un figlio. In alto ostello
Giacion, da me sepolti entro profonda
Cava, egregj tesori: in copia sculti
Argenti, e assai greggio auro, ed auro in verghe.
Il mio viver, non mai la palma ai Teucri
Tor potrà, mai: non è un sol uom da tanto.
Magon, quì tace. Enea risponde: Or serba
Tuoi tesori, che narri, ai figli tuoi:
Turno, ei primier, cotai riscatti ei tronca,
Nell'uccider Pallante. E Anchise, e Giulo,
Sentono in ciò, quel ch'io pur sento. E tosto
Con la manca ei Magon per l'elmo afferra,
E il di lui volto supplicante indarno
Da se torcendo, il brando suo gli asconde
Fino all'elsa, nel collo. Indi non lungi
Emónide, di Apollo e di Díana
Sacerdote, ved'egli irne splendente

Totus collucens veste, atque insignibus armis:

Quem congressus agit campo, lapsumque superstans

Immolat, ingentique umbra tegit. arma Serestus

Lecta refert humeris; tibi, rex Gradive, tropaeum.

Instaurant acies, Vulcani stirpe creatus

Caeculus, et veniens Marsorum montibus Umbro.

Dardanides contra furit: Anxuris ense sinistram,

Ettotum clypei ferro dejecerat orbem.

Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo

Crediderat, coeloque animum fortasse ferebat;

Canitiemque sibi, et longos promiserat annos.

Tarquitus exsultans contra fulgentibus armis,

Silvicolae Fauno Dryope quem Nympha crearat,

Obvius ardenti se se obtulit. ille reducta

Loricam clypeique ingens onus impedit hasta.

Tum caput orantis nequicquam, et multa parantis

Nell'armi, in ampia tunica, di sacre
Bende cinto le tempia. Enea l'assalta;
E fuggente lo incalza, e sdrucciolante
Lo abbatte; e sopra standogli, l'immola;
Chiuso in tenebre è già. L'armi più insigni
Ne trasceglie Seresto, e al tergo incarco
Sen fa, per erger poscia a te, gran Marte,
Alto trofeo. Ma già Ceculo, prole
Del Dio di Lenno, e Ombron dai Marsi monti,
Riordinate han le Latine schiere.
Vieppiù contr'esse imperversando Enea,
D'Ansure il manco braccio e il tondo scudo
Con esso, a terra ne mandò reciso.
Un suo magico carme Ansure dianzi
Con gran fiducia mormorando andava;
E, imbaldanzito, ardía sperarne in frutto
Longevitade insino ai canuti anni.
Tarquíto poi, di Dríope Ninfa nato,
E di selvaggio Fauno, incontro fassi
Baldo nell'armi splendide all'ardente
Dardanio Duce. Ei di Tarquíto l'asta
Disvía con man dal proprio petto, ov'era
Vibrata; ed afferrandola, impacciava
Nel calcio d'essa e la lorica e il grave
Ampio brocchiero di Tarquíto. Inerme
Vistolo allora, Enea, sordo a'suoi preghi,
Manda e il capo e le suppliche ad un tratto

Dicere, deturbat terrae: truncumque tepentem
Provolvens, super haec inimico pectore fatur:
Istic nunc, metuende, jace. non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra sepulcro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite mersum
Unda feret, piscesque impasti vulnera lambent.
Protinus Antaeum et Lycan, prima agmina Turni,
Persequitur; fortemque Numam, fulvumque Camertem
Magnanimo Volscente satum: ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, et tacitis regnavit Amyclis.
Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arsisse; Jovis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses:
Sic toto Aeneas desaevit in aequore victor,
Ut semel intepuit mucro. quin ecce Niphaei
Quadrijuges in equos, adversaque pectora tendit:
Atque illi longe gradientem et dira frementem
Ut videre, metu versi, retroque ruentes,

Recise a terra: e voltolando ei poscia
Col piede il tronco semivivo, accenti
Sovr'esso scioglie disdegnosi: Or giaci,
Guerrier tremendo, lì. Nel patrio avello
Te non porrà l'ottima madre: o preda
Al fero artiglio di rapaci augelli
Fien tue membra insepolte; o in gorghi ciechi,
A famelici pesci esca sanguigna,
Te volveran l'onde fugaci al mare.
Tosto poi Numa il forte, e Lica, e Antéo,
Che in prima schiera combattean per Turno,
Incalzati ebbe Enea; com'anco il biondo
Camerte, figlio di quel pro' Volscente,
Stato già fra gli Ausonj il ricco primo
Pe' campi immensi, e regnator pur anco
Su i tacenti Amicléi. Qual già si vide,
Con braccia cento e mani cento, e brandi
Ad ogni destra, e ad ogni manca scudi,
Briaréo da cinquanta immani petti
Contro il folgor di Giove avventar fiamme:
Tal, con tal romba, or vincitor pel piano,
Quant'ampio egli è, va imperversando Enea,
Da che pure il suo ferro sangue bevve.
Della quadriga di Niféo scagliarsi
Eccolo incontro ai vasti petti: adombrano
I destrieri vedendolo da lungi
Venir nell'ira; addietro, ecco, rivolgonsi;

Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.

Interea bijugis infert se Lucagus albis

In medios, fraterque Liger: sed frater habenis

Flectit equos; strictum rotat acer Lucagus ensem.

Haud tulit Aeneas tanto fervore furentes:

Irruit, adversaque ingens apparuit hasta.

Cui Liger:

Non Diomedis equos, nec currum cernis Achillis,

Aut Phrygiae campos: nunc belli finis et aevi

His dubitur terris. Vesano talia late

Dicta volant Ligeri: sed non et Troius heros

Dicta parat contra: jaculum nam torquet in hostem.

Lucagus, ut pronus pendens in verbera telo

Admonuit bijugos, projecto dum pede laevo

Aptat se pugnae; subit oras hasta per imas

Fulgentis clypei: tum laevum perforat inguen.

Excussus curru moribundus volvitur arvis.

Quem pius Aeneas dictis affatur amaris:

E fuggendo e scalciando, han giù dal carro
Precipitato il signor loro; e al lido
Drizzan sfrenati il volo. Innanzi spinge
De' suoi bianchi corsier l'ardente biga
Lúcago; date ambe le guide pria
Al suo germano Ligéro: quindi egli
Ruota il fervido brando. Enea, mal soffre
L'impeto loro: ei balza a fronte ratto
Del vegnente furor, brandendo incontro
L'asta sua smisurata. A lui si attenta
Lígero dir: Non questi, no, i destrieri
Son di Dioméde; nè di Achille è il carro;
Nè in Frigia stai: quì, della guerra a un tempo,
E del tuo viver, quì si appressa il fine.
Tai di Lígero a vol venían gl'insani
Detti per l'aure: incontro a lui, non detti,
Ma un dardo aspro ritorce il Teucro Eroe.
Su l'inoltrato manco piè curvavasi
Lúcago, in atto di combatter, spinti
Coll'asta in guisa di flagello pria
I destrieri a più corso: ecco, mentr'egli
Prono ancor pende, la Trojana lancia
Pel lembo estremo del forbito suo
Brocchiero è giunta, e l'anguinaglia manca
Trapassogli. Dal carro giù, battendo
La terra, ei moribondo cade. Allora,
Detti gli volge Enea di acerba punta:

Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanae vertere ex hostibus umbrae :
Ipse rotis saliens juga deseris. haec ita fatus,
Arripuit bijugos. frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem.
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Trojane, sine hanc animam, et miserere precantis.
Pluribus oranti Aeneas: Haud talia dudum
Dicta dubas: morere, et fratrem ne desere frater.
Tum, latebras animae, pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius; torrentis aquae, vel turbinis atri
More furens. tandem erumpunt, et castra relinquunt
Ascanius puer, et nequicquam obsessa juventus.
Junonem interea compellat Juppiter ultro:
O germana mihi, atque eadem gratissima conjux;
Ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Trojanas sustentat opes: non vivida bello
Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.

Licago, or tua virtù già non tradiro
Con vil fuga i destrieri; all'oste il tergo
Non danno essi, adombrati: or, ben tu stesso,
Giù balzato, abbandoni a me il tuo carro.
Disse; e i freni afferrò. Tendea le inermi
Palme il misero Ligero, gittandosi
Ei pur dal carro giù. Per te, per gli almi
Tuoi genitor, che a tanto Eroe dier vita,
Salvami, deh! di un supplice infelice
Abbi pietà. . . . Più dir volea; ma tronca
Così sue preci il Teucro: Altre, ben altre
Voci tu dianzi risuonavi: or, muori
Tu pur; fratello, il tuo fratel tu segui.
E, in così dir, dal latebroso petto
L'alma ei col ferro gli sprigiona. In tale
Fera guisa spargendo iva pel campo
Lutti il Dardanio Duce: impeto pari
Fa il torrente sfrenato, o il turbin atro.
Dal campo indarno assediato omai
Sortita al fin co'giovani suoi Teucri
Fa il giovanetto Ascanio. — In Ciel frattanto
Giove a Giunon favella: O suora, e sposa
Amatissima, or mira, ivi de'Teucri
Il valor; ti par ei, quale il pensavi,
(E indovinavi in ver) di Venere opra,
O dote propria loro? in guerra forse
E forte destra, e audaci spirti, ed alme

Cui Juno submissa: Quid, o pulcherrime conjux,
Sollicitas aegram, et tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quae quondam fuerat, quamque esse decebat
Vis in amore foret; non hoc mihi namque negares
Omnipotens; quin et pugnae subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem servare parenti.
Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine poenas.
Ille tamen nostra deducit origine nomen:
Pilumnusque illi quartus pater: et tua larga
Saepe manu, multisque oneravit limina donis.
Cui rex aetherii breviter sic fatur Olympi:
Si mora praesentis lethi, tempusque caduco
Oratur juveni, meque hoc ita ponere sentis;
Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat. sin altior istis
Sub precibus venia ulla latet, totumque moveri,
Mutarive putas bellum; spes pascis inanes.
Cui Juno illacrimans: Quid si, quod voce gravaris,

Ne' perigli indurate, or non hann'essi?
Giuno, umil, rispondevagli: Consorte
Venustissimo, a che, per più mia doglia,
Con motti amari me già mesta pungi?
S'ancor preso di me, quanto già il fosti,
Quant'esserlo dovevi, oggi tu fossi,
La onnipossanza tua non negherebbe
Ora a me, no, di poter trarre in salvo
Il mio Turno, e serbarlo illeso a Dauno,
Misero padre suo. Ma, Turno pera;
Vittima ingiusta, ei paghi a' Teucri il fio.
Eppur quel Turno e nome e origin tragge
Da noi; Pilunno arcavol gli è: di larghe
Offerte, inoltre, i templi tuoi devoto
Egli spesso arricchiva di sua mano.
Già il regnatore del celeste Olimpo
A lei risponde: Ove un indugio solo
Al Fato inevitabile del giovane
Vogli pur tu, dalla presente morte
Furandolo; e poichè in mia man pur anco
Credi ciò starsi; or via, Turno per ora
Sottraggi ai Fati, che lo incalzan: darti
Tanto a me lice, e nulla più. Ma, se altra
Pietà più estesa il tuo pregar nasconde;
Se della guerra l'esito cangiarsi
Stimi del tutto quindi, invan tu speri.
Piangente, a lui Giuno soggiunge: E s'anco

Mente dares? atque haec Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror: quod ut o potius formidine falsa
Ludar, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!
Haec ubi dicta dedit; coelo se protinus alto
Misit, agens hiemem nimbo succincta per auras:
Iliacamque aciem, et Laurentia castra petivit.
Tum Dea nube cava tenuem sine viribus umbram
In faciem Aeneae, visu mirabile monstrum,
Dardaniis ornat telis; clypeumque jubasque
Divini assimulat capitis: dat inania verba,
Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis:
Morte obita quales fama est volitare figuras,
Aut quae sopitos deludunt somnia sensus.
At primas laeta ante acies exsultat imago,
Irritatque virum telis, et voce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam
Conjicit: illa dato vertit vestigia tergo.

Ciò, che il tuo labro a stento or mi concede,
Mel concedesse il core, e a stabil vita
Rimanesse pur Turno? All'innocente
Sovrasta or grave il fine; o ch'io del vero
Ignara stommi. Ah, fosse pur fallace
Il mio temer! volgessi pure in meglio
Tu che il puoi, l'aspro Fato! — E quì tacque ella.
E tosto giù dall'alto Olimpo a volo
Diessi per l'etra, in procelloso nembo
Ravviluppata: e nei Latini campi
Sovra le Iliache schiere si librava.
Quivi una vuota nube, in ombra vana,
Che somigliasse Enea, formando ad arte;
(Amnirabil prodigio!) anco vestilla
Delle Teucre armi: e il contraffatto scudo,
L'elmo, il cimiero del guerrier celeste,
Al Fantasma died'ella; e il suon dei passi,
E degli accenti il suono: appunto quale
Di spento Eroe si crede volar l'Ombra;
O quali in sogno agl'ingannati sensi
Si appresentan talvolta. Ecco, davanti
Alle sue schiere, baldanzosa balza
La imagin falsa, e in provocanti grida
Turno incíta coll'armi. E già, contr'essa
Avventatosi Turno, ebbe scagliata
L'asta sonante; al cui fragor dà il tergo
L'Ombra vana, rivolte in fuga l'orme.

Tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus

Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:

Quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos:

Hac dabitur dextra tellus quaesita per undas.

Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat

Mucronem: nec ferre videt sua gaudia ventos.

Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi

Expositis stabat scalis, et ponte parato;

Qua rex Clusinis advectus Osinius oris.

Huc se se trepida Aeneae fugientis imago

Conjicit in latebras: nec Turnus segnior instat;

Exsuperatque moras, et pontes transilit altos.

Vix proram attigerat; rumpit Saturnia funem,

Avulsamque rapit revoluta per aequora navem.

Illum autem Aeneas absentem in praelia poscit:

Obvia multa virum demittit corpora morti.

Turno allora deluso, a se davanti
Fuggir vedendo Enea, di vana speme
Ebro il superbo core, ei grida: Or, dove
Fuggi tu, Enea? lasciar le pattuite
Nozze tue, no, non vogli: a te quel suolo,
Che vai cercando per cotanti mari,
Questa mia destra omai darà. Lo incalza,
Così parlando, e con l'ignuda punta
Vieppiù lo stringe: e non si avvede intanto,
Sua lieta preda andarne all'aure in fumo.
D'Osinio Re l'Etrusca nave, in ch'egli
Venuto era di Chiusi, a caso allora
Stavasi in mar, per via di scale aggiunta
Di un alto masso all'orlo. A quella riva
Giunta è, fuggendo, la tremante imago
D'Enea; giù balza nella nave; e a un tratto
Entro i suoi ciechi nascondigli immersa,
Sparisce. Turno non allenta il corso;
Anzi, gli aerei gradi a vol trascorsi,
Su la proda anch'ei piomba. E, tocca appena
L'ebb'ei col piede, la Saturnia Giuno
Tronco ha'l canapo, e il legno all'onde in mezzo
Spinge, spiccato dalla spiaggia a forza.
Ma il vero Enea frattanto, ad alta voce,
Chiama a pugnar l'assente Turno: e miete
Col mortal brando a un tempo ogni guerriero
Che gli si para innanzi. E già fra l'atre

Tum levis haud ultra latebras jam quaerit imago,
Sed sublime volans nubi se immiscuit atrae:
Cum Turnum medio interea fert aequore turbo.
Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis,
Et duplices cum voce manus ad sidera tendit:
Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
Duxisti? et tales voluisti expèndere poenas?
Quo feror? unde abii? quae me fuga, quemve reducet?
Laurentesne iterum muros, aut castra videbo?
Quid manus illa virum, qui me, meaque arma secuti?
Quosque, nefas, omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumque cadentum
Accipio. quid agam? aut quae jam satis ima dehiscat
Terra mihi? vos o potius miserescite, venti:
In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, saevisque vadis immittite Syrtis;
Quo neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.
Haec memorans, animo nunc huc nunc fluctuat illuc;

Nubi va sciolta in fumo la fallace
Ombra del Teucro, mentre ai venti in preda
Ratto sen va per l'alto mare Turno.
Ignaro egli è della serbata vita;
E, ingrato quindi, ambe sue palme e il grido
Alzando al Cielo: Onnipossente Padre,
(Dic'ei) me dunque or d'ignominia tanta
Capace vuoi? ch'io debba un cotal fio
Scontare? Ove son tratto? onde mi svelsi?
Qual fuga, oimè, da miei guerrier m'invola!
Come tornarvi! Riveder io mai
Laurento, o il campo, attenterommi? il fido
Stuol de' miei prodi, or, che dirà? lo stuolo,
Che me seguiva in guerra appien sol mia;
Lo stuol, ch'io lascio (ahi vitupéro!) a cruda
Morte, pur troppo. Ah, ch'io già rotti e spersi
Li veggo! i loro moribondi gemiti
Già n'odo. Or, che farò? qual mai profonda
Voragine bastante, a me la terra
Spalancherà, per ingojarmi? Or, tosto,
Pietosi a me voi pria, Turbini, (a voi
Spontaneo Turno prostrasi) deh, questa
Nave entro a sassi dirupati, a forza
Spingete or voi: frangetela nell'aspre
Scogliose Sirti; ove seguirmi, al pari
Sia negato, e a' miei Rutuli, e all'ignara
Fama. Così pregando, egra quell'alma

An se se mucrone ob tantum dedecus amens

Induat, et crudum per costas exigat ensem;

Fluctibus an jaciat mediis, et litora nando

Curva petat, Teucrumque iterum se reddat in arma.

Ter conatus utramque viam: ter maxima Juno

Continuit; juvenemque animi miserata repressit.

Labitur alta secans fluctuque aestuque secundo:

Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

At Jovis interea monitis Mezentius ardens

Succedit pugnae, Teucrosque invadit ovantes.

Concurrunt Tyrrhenae acies, atque omnibus uni,

Uni odiisque viro telisque frequentibus instant.

Ille, velut rupes, vastum quae prodit in aequor,

Obvia ventorum furiis, expostaque ponto,

Vim cunctam, atque minas perfert coelique marisque,

Ipsa immota manens. prolem Dolichaonis Hebrum

In gran tempesta di dubbj ondeggiava.
Di rabbia insano, or, sovra il proprio brando
Precipitarsi ei pensa, e così torsi
L'incomportabil macchia; or, nel più cupo
Dei feri flutti per lanciarsi ei sta,
Col nuoto audace ricondursi a riva,
E ai Teucri incontro di bel nuovo in campo,
Sperando. E ben tre volte il salto ei quasi
Spiccava; ed altre tre fiate al brando
Stendea la man; ma l'una e l'altra uscita
L'alta Giunone ognor gli ha tolto; e, mossa
D'esso a pietade, il giovenil furore
Va in lui temprando. Alle vaste onde il seno
Squarcia intanto la nave; e i flutti e i venti
La spingon verso la cittade antiqua,
Cui Dauno, del gran Turno padre, impera.
Ma, infiammato da Giove, all'aspra pugna
Mezenzio a Turno sottentrava, i Teucri
Trionfanti assaltando. In lui le intere
Tirrene squadre scagliansi; e ciascuno
E l'ire e i dardi a prova torce in quello
Unico petto. Ma, immobil, qual rupe,
Che in mezzo al mare inoltrasi, ed esposta
Del pari ai venti ed alle rabid'onde,
Schernendo sta la minacciosa possa
E del cielo e del mare; immoto resta
Così Mezenzio ai loro colpi. Atterra

Sternit humi; cum quo Latagum, Palmumque fugacem:
Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os, faciemque adversam: poplite Palmum
Succiso volvi segnem sinit; armaque Lauso
Donat habere humeris, et vertice figere cristas.
Nec non Evantem Phrygium, Paridisque Mimanta
Aequalem, comitemque: una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit; et face praegnans
Cisseis regina Parin creat: urbe paterna
Occubat: ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia, silva
Pastus arundinea; postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, propiusve accedere virtus:
Sed jaculis, tutisque procul clamoribus instant:
Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas.

Ben egli ed Ebro, e Látago, e il fuggente
Palmo: a Látago il volto ha stritolato,
Enorme un masso avventandogli; a Palmo
Col troncargli i ginocchi, ei tarda il corso:
L'armi e il cimier tosto ei ne spoglia, e a Láuso,
Perch'ei sen vesta, le regala. Ucciso
Ha pure il Frigio Evante; ucciso ha pure
Il compagno di Paride, Mimante;
Figlio di Amíco, e nella notte istessa
Dalla madre Teano ei dato in luce,
Mentr'Ecuba di Paride sgombrandosi,
Fiaccola infausta partoriva a Troja.
Ma il patrio suolo a Paride almen tomba
Era; sen giace ora Mimante ignoto
In strania terra. Da giust'ira punti,
Mezenzio i Toschi accerchiano: ma, nullo
Ardisce avvicinarsegli col ferro:
In lui da lungi saettando, aízzanlo
Con alte strida. In guisa tal, dai veltri
Fuor de'monti snidato aspro cignale,
Cui pinifero il Vésulo molti anni
Ascose, e molti il Laurentino stagno
L'ebbe nudrito infra i cannéti suoi;
Se al fine incappa ei nelle reti, impavido
Ferocemente arrestasi, e dimenasi
Or quà or là; le digrignanti zanne
Minacciano; le setole si arruffano,

Haud aliter, justae quibus est Mezentius irae;
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, et vasto clamore lacessunt.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
Grajus homo; infectos linquens profugus hymenaeos.
Hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,
Purpureum pennis, et pactae conjugis ostro;
Impastus stabula alta leo ceu saepe peragrans,
(Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua cervum;
Gaudet hians immane, comasque arrexit, et haeret
Visceribus super incumbens; lavit improba teter
Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron, et calcibus atram
Tundit humum exspirans, infractaque tela cruentat.
Atque idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec jacta caecum dare cuspide vulnus:
Obvius adversoque occurrit, seque viro vir
Contulit; haud furto melior, sed fortibus armis.

Scuotendo i dardi dall'irsuto tergo:
Nè cacciator, nè veltro osa pur altro,
Che coi latrati in securtà da lungi,
E con saette, stringerlo dintorno.
Dall'antiqua Coríto il Greco Acrone
Giunto era dianzi, agl'imenéi prefissi
Involatosi. Il vede or fra la turba
Mezenzio, in atto di sospinger oltre
Sue schiere, ancor lontane: all'elmo in cima
Purpuree penne ondeggiangli, e nell'ostro
Fiammeggia Acron di nuziale ammanto.
Qual folgor ratto gli si scaglia addosso
Mezenzio, in mezzo a' suoi. Leon digiuno,
Rabido errante ad alte stalle appresso,
Tal è, se fuor balzar fugace capra
Vede a sorte, o ramoso altero cervo:
L'asciutte fauci lieto, ecco, spalanca,
Erge all'aura le giube, e sóvra piomba
Addentandone i visceri; gli sgocciola
Tutta di sangue la faccia feroce.
Trafitto Acrone calcitrando cade
Nel sangue a terra, e spira. Orode in fuga
Volgesi allor, ma disdegnoso niega
Mezenzio lui trafiggere da tergo,
Con saettata punta: a fronte incontro
Gli balza; e, avvezzo a generosa pugna,
Da corpo a corpo il vuole. E già prosteso

Tum super abjectum posito pede nixus et hasta:

Pars belli haud temnenda, viri, jacet altus Orodes.

Conclamant socii laetum paeana secuti.

Ille autem exspirans: Non me, quicunque es, inulto,

Victor, nec longum laetabere: te quoque fata

Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.

Ad quem subridens mista Mezentius ira:

Nunc morere: ast de me Divum pater atque hominum rex

Viderit. hoc dicens, eduxit corpore telum:

Olli dura quies oculos, et ferreus urget

Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.

Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen,

Partheniumque Rapo, et praedurum viribus Orsen:

Messapus Cloniumque, Lycaoniumque Ericeten;

Illum infraenis equi lapsu tellure jacentem;

Hunc peditem pedes. et Lycius processerat Agis:

Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae

Dejicit: Atronium Salius; Saliumque Nealces,

L'ha in terra morto; e sovr'esso, col piede
E coll'asta puntando: O prodi, (ei grida)
Mastro di guerra assai pregevol, giace
Il magno Orode, quì. Gli rispondea
Ogni sua schiera in trionfali carmi.
Orode intanto morendo esclamava:
Qual sii pur tu, che vinto m'hai, nè inulto
Io rimarrommi, nè tu lieto a lungo.
Pari destin ti aspetta: anco tu in breve,
Sì, morderai tu pur quì'l suol, fra breve.
A lui Mezenzio, sorridendo irato:
Muori ora tu: farà di me poi Giove
Quanto vorrà l'alta sua possa. In questi
Detti tuonando, ei sbarbicogli il dardo
Dal corpo: a Orode un duro ferreo sonno
Sprangati ha gli occhi in sempiterna notte.
Vien da Cédico allora Alcátoo spento;
Da Sacratore, Idaspo: uccisi ha Rapo
Partenio, ed Orse, oltre ogni dir gagliardo.
Svenato è Clonio da Messápo, in punto,
Ch'ei dal destriero indomito sul suolo
Venía prosteso: ed Ericéte, il figlio
Di Licaón, soggiace anco a Messápo;
Pedoni ambo azzuffatisi. Vien oltre
Contro a Messápo Agide Licio; il tronca
Valéro, non degénere dagli avi.
Salio ha d'Atronio, ed ha di Salio palma,

Insignis jaculo et longe fallente sagitta.
Jam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
Funera: cedebant pariter, pariterque ruebant
Victores, victique: neque his fuga nota, nec illis.
Di Jovis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, et tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Juno.
Pallida Tisiphone media inter millia saevit.
At vero ingentem quatiens Mezentius hastam,
Turbidus ingreditur campo: quam magnus Orion,
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna, viam scindens, humero supereminet undas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas, speculatus in agmine longo,
Obvius ire parat. manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens, et mole sua stat.
Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae:

Nealce, egregio arcier di alata morte.
Già pareggiava il crudo Marte i lutti
E le stragi a vicenda: ambe le parti,
Cedean del pari ed assalian del pari,
Or vincitrici, or vinte; e in cor nessuno
Pur soccorrea di fuga il vil pensiero.
Di un tal vano reciproco furore,
Di tanti affanni de' mortali, in cielo
Senton gl'Iddii pietade. Osserva quinci
Venere i combattenti: a fronte quindi
D'essa è Giunon: fra le migliaja in campo
La squallida Tisifone imperversa.
Ma, squassando la immane asta, si addentra
Sempre vieppiù Mezenzio nella pugna,
Torbido in vista. Ei giganteggia in armi,
Quale il fero Oríone, allor che in mezzo
Ai vasti stagni di Neréo si squarcia
Pedone egli la via tra i flutti, a cui
Ben di tutti gli ampj omeri sovrasta;
O quando, al pian dai monti alti scendendo,
Su l'annoso suo frassino appoggiatosi
Calca il suolo, e fra nubi asconde il capo.
Contro a Mezenzio Enea, che gli ha da lungi
Posto su gli occhi, muovesi. Si arresta,
Ecco, Mezenzio; e imperterrito, sta
Immobile in sua vasta mole. Ei squadra
Il nemico magnanimo con gli occhi,

Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro,
Nunc adsint: voveo praedonis corpore raptis
Indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum
Aeneae. dixit, stridentemque eminus hastam
Jecit: at illa volans clypeo est excussa, proculque
Egregium Antorem latus inter et ilia figit;
Herculis Antorem comitem, qui missus ab Argis
Haeserat Evandro, atque Itala consederat urbe.
Sternitur infelix alieno vulnere, coelumque
Aspicit, et dulces moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam jacit: illa per orbem
Aere cavum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus, imaque sedit
Inguine: sed vires haud pertulit. ocius ensem
Aeneas, viso Tyrrheni sanguine laetus,
Eripit a femore, et trepidanti fervidus instat.
Ingemuit cari graviter genitoris amore,
Ut vidit, Lausus; lacrymaeque per ora volutae.

Pure aspettandol che dell'asta a tiro
Giungagli: A me tu Dio, Destra mia fida,
E tu, mio ferro, che a scagliar mi appresto,
Propizj or voi ne invoco. A te, mio Láuso,
Di codesto corsaro io l'armi voto:
Le vestirai tu, sì; trofeo sublime
Del trucidato Enea. Tace; e gli scaglia
La strident'asta, il di cui vol rimbalza
Dal percosso brocchiero; onde a piantarsi,
Lontana assai, va dell'egregio Antórre
Entro al costáto. Antór, già fu d'Alcíde
Compagno; ei d'Argo indi in Italia venne,
E ad Evandro si affisse. Or ricev'egli
(Misero!) il colpo altrui: cade; e i morenti
Sguardi al cielo innalzando, il dolce Argivo
Paterno suolo invan rimembra. Enea
Scaglia allor l'asta sua: di volo passa
Quella pel tondo triplicato bronzo,
E per le tre taurine terga, e passa
Quanti altri suoli abbia lo scudo, e giunta
Nell'anguinaglia alfin, fitta entro restavi,
Tremula, e del suo primo impeto scema.
Vede Enea del Tirreno il sangue appena,
Tosto ha dal fianco sguaínato il brando,
E lieto e ardente lui turbato incalza.
Láuso in cor geme gravemente, e irríga
Di pianto il volto, nel veder l'amato

Hic mortis durae casum, tuaque optima facta,
Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,
Non equidem, nec te, juvenis memorande, silebo.
Ille pedem referens, et inutilis, inque ligatus
Cedebat, clypeoque inimicum hastile trahebat.
Prorupit juvenis, seseque immiscuit armis:
Jamque assurgentis dextra, plagamque ferentis
Aeneae subiit mucronem; ipsumque morando
Sustinuit. socii magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaque conjiciunt, proturbantque eminus hostem
Missilibus. furit Aeneas, tectusque tenet se.
Ac velut, effusa si quando grandine nimbi
Praecipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis et agricola, et tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit; in terris ut possint, Sole reducto,

Padre a tal punto. Or, se per volger d'anni,
Fede pur mai non verrà manco all' alta
Opra tua memoranda, io 'l caso acerbo
Della tua morte, o giovanetto insigne,
Non tacerò per certo. Iva arretrandosi
Mezenzio ognora, il piede egro impedito
Strascinando, e con esso a un tempo l'asta
D'Enea, che sempre nel suo scudo e in lui
Conficcata è. Gli balza innanzi Láuso,
Nella pugna ei sottentra sì opportuno,
Che la destra d'Enea con mortal punta
Già già scendente di Mezenzio in petto,
Egli sostenta, e indugia. I prodi suoi
Láuso già seguon con immense grida;
Dallo scudo del figlio intanto il padre
Protetto, ritraendosi pur va;
Mentre di dardi un nembo scaglian gli altri
Per far ch'Enea s'arretri. Ma, fremente,
Nell'ampio scudo racchiudesi Enea.
Come, se nube tempestosa scoppia,
Precipizio di grandine dai campi
Ogni bifolco ogni arator disperde;
E tu frattanto, o passeggier, ricovri
Ovvero sotto alle pendenti sponde
Del fiume, o sotto a cavo masso; e quivi,
Quasi in secura rocca, il raggio aspetti
Del Sol di nuovo trionfante: or, tale

Exercere diem : sic obrutus undique telis
Aeneas, nubem belli, dum detonet, omnem
Sustinet ; et Lausum increpitat, Lausoque minatur :
Quo moriture ruis ? majoraque viribus audes ?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exsultat demens. saevae jamque altius irae
Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso
Parcae fila legunt : validum namque exigit ensem
Per medium Aeneas juvenem, totumque recondit.
Transiit et parmam mucro, levia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neverat auro ;
Implevitque sinum sanguis : tum vita per auras
Concessit moesta ad Manes, corpusque reliquit.
At vero ut vultum vidit morientis et ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans graviter, dextramque tetendit,
Et mentem patriae subiit pietatis imago.
Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum ?

D'ogni intorno di dardi tempestato
Enea, si sta dentro il suo scudo, e aspetta
Che spregnato di guerra il nembo taccia,
Sostentandone tutto intanto il pondo.
Ma in un pur Láuso con spregianti detti
Ei morde, e in un Láuso ei minaccia: A morte
Che corri or tu? tant' osi, oltre tue forze?
Di tua pietà, vittima incauta. Insano
Non men per ciò, Láuso braveggia. Avvampa
L'ira vieppiù del Teucro Enea: di Láuso
Le Parche innaspan già l'ultimo stame.
La fera spada il Dardano, ecco, vibra,
E tutta in petto al giovane l'asconde:
Il vano scudo e la vana armatura,
E in duttil auro la veste trapunta
Dalla sua genitrice; il tutto fora
La cruda spada; e il sen di sangue è pieno.
Per l'aure allor fra l'Ombre meste scende
Lo spirto, e lascia il freddo corpo. Enea,
Gli occhi nel tinto in morte inlividito
Volto abbassando, un gemito pietoso
Dal grave petto trae: rimembra allora
Qual ne avrà duolo il padre suo: la destra
Del giovinetto ei quindi in man recandosi;
Misero! (ei grida) a tanto merto, a tanta
Virtude tua, qual pari omai mercede
L'impietosito Enea potrà pur darti?

Arma, quibus laetatus, habe tua: teque parentum
Manibus, et cineri, si qua est ea cura, remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneae magni dextra cadis. increpat ultro
Cunctantes socios, et terra sublevat ipsum,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis, corpusque levabat
Arboris acclinis trunco. procul aerea ramis
Dependet galea, et prato gravia arma quiescunt.
Stant lecti circum juvenes: ipse aeger, anhelans
Colla fovet, fusus propexam in pectore barbam:
Multa super Lauso rogitat, multosque remittit,
Qui revocent, moestique ferant mandata parentis.
At Lausum socii exanimum super arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Agnovit longe gemitum praesaga mali mens:
Canitiem immundo deformat pulvere, et ambas
Ad coelum tendit palmas, et corpore inhaeret.

L'armi, in cui baldo combattevi, or t'abbi;
E te, fra l'Ombre avíte, il patrio avello
Acchiuda pur, se ciò ti è dolce. Almeno,
A te il dolor della immatura morte
Fia scemo assai: per man d'Enea tu cadi.
I dubbj suoi compagni eccita quindi,
Perchè a lui prestin opra: e primo egli alza
Di terra il giovin, cui stillano sangue
I ben acconci pria capelli folti.
Al Tebro in riva, il di lui padre intanto
Ad un tronco appoggiatosi, tergea
La sua piaga con l'onde. Appeso l'elmo
Sta in distanza ad un ramo: in terra il pondo
Delle gravi arme giace. Attorníato
Egli da scelti prodi, anelante, egro,
La testa inchina sul petto, cui copre
Con la prolissa barba. A tutti ei chiede,
E richiede, di Láuso; e molti ei spicca
Da se, perchè il richiamino, il ritraggano,
Del mesto padre a nome. Ma, veniva
Già ver lui Láuso esanime: prosteso
Sul proprio scudo il portano, e trafitto
Di piaga immensa, i suoi guerrier piangenti.
Il cor paterno, del suo mal presago,
Pur troppo già que'gemiti lontani
Interpreta: di polve atra deturpa
Egli i bianchi suoi crini; ambe le palme

Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,

Ut pro me hostili paterer succedere dextrae,

Quem genui? tua ne haec genitor per vulnera servor,

Morte tua vivens? heu, nunc misero mihi demum

Exsilium infelix! nunc alte vulnus adactum!

Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,

Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.

Debueram patriae poenas; odiisque meorum

Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem.

Nunc vivo: neque adhuc homines lucemque relinquo:

Sed linquam. simul haec dicens, attollit in aegrum

Se femur: et, quanquam vis alto vulnere tardat,

Haud dejectus, equum duci jubet. hoc decus illi,

Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat

Omnibus. alloquitur moerentem, et talibus infit:

Rhoebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est,

Viximus. aut hodie victor spolia illa cruenta,

Protende al cielo; indi sul morto corpo
Cader si lascia, e gli si affigge, e grida:
Ahi, figlio! e tanto in me potea di vita
L'insano amor, che all'ostil brando incontro
Io sottentrar mia prole a me lasciassi?
Io, padre, or vivo; e le tue piaghe, o figlio,
Serbavan me? del tuo morir, vivo io?
Ahi me infelice! or questo, egli è il verace
Esiglio mio; quest'è il mortal mio vero
Ultimo colpo! Io stesso, o figlio, il nome
Tuo già macchiai: per me, tu dal paterno
Soglio, per odio mio, tu n'eri espulso.
Io satollar, tra mille strazj e mille,
De'miei sudditi l'ire, il fio scontarne
Il dovev'io, reissimo: ed io spiro,
E fra gli uomini ancor la luce io bevo.
Ma ciò non fia più a lungo. — In questi detti,
Sovra il piagato fianco ergesi; e indarno
L'aspro dolore il ritarda; con forte
Volto ei comanda, gli si adduca il fido
Suo destrier, che baldanza eragli in armi,
Su cui d'ogni battaglia uscito egli era
Vincitor sempre. In mesti passi il vede
Oltre or venirne: ond'ei gli dice: O Rebo,
A lungo assai (s'infra'mortali a lungo
Cosa pur v'ha) siam vissi. Oggi, o tu meco
D'Enea le spoglie insanguinate, e il capo

Et caput Aeneae referes, Lausique dolorum
Ultor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter: neque enim, fortissime, credo
Jussa aliena pati, et dominos dignabere Teucros.
Dixit: et exceptus tergo consueta locavit
Membra, manusque ambas jaculis oneravit acutis;
Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit. aestuat ingens
Imo in corde pudor, mixstoque insania luctu,
Et furiis agitatus amor, et conscia virtus:
Atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas agnovit enim, laetusque precatur:
Sic pater ille Deum faciat, sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, et infesta subit obvius hasta.
Ille autem: quid me erepto, saevissime, nato
Terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.
Nec mortem horremus, nec Divum parcimus ulli.
Desine, jam venio moriturus, et haec tibi porto
Dona prius. dixit: telumque intorsit in hostem:
Inde aliud super, atque aliud figitque, volatque

Riporterai, vendicator di Láuso;
O, s'ogni sforzo all'alta palma è vano,
Meco oggi tu del par cadrai: che a Teucro
Signor servir, disdegnerai pur sempre
Tu, magnanimo troppo. — Ei tace; e al dorso
Del buon corsier l'usato peso affida,
Carco d'acuti strali ambe le mani;
Armato il capo in sfolgorante bronzo,
Da cui pendente irsuta coda ondeggia:
Tale ei si spinge infra le turbe a volo.
Lutto, insania, vergogna, amor, virtude
Conscia a se stessa, alto furore, immensi
Tutti, a lui van feri bollendo a gara
Nel cor profondo. Ad alta voce, ei chiama
Ben tre fiate Enea. Già il riconosce
D'Anchise il figlio; e lieto, esclama: Or voglia
Dei Numi il Re, l'eccelso Apollo il voglia,
Che tu meco t'affronti. Altro non dice:
E su lui con la fera asta si scaglia.
Mezenzio allora: A me, cui tolto il figlio
Hai tu crudel, ch'altro minacci? darmi
Ah! morte, no, non potevi altra: il mio
Finir, me già non atterrisce; ai Numi
Non io quindi m'inchino: a morte io vengo
Sovr'ali ardenti: or d'infierir, tu cessa:
Sol questo don, pria di svenarmi, accogli.
E, in così dire, un dardo, e un altro, e un altro,

Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.

Ter circum astantem laevos equitavit in orbes,

Tela manu jaciens: ter secum Troius heros

Immanem aerato circumfert tegmine silvam.

Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet

Vellere, et urgetur pugna congressus iniqua;

Multa movens animo, jam tandem erumpit, et inter

Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.

Tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras

Verberat, effusumque equitem super ipse secutus

Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.

Clamore incendunt coelum Troesque Latinique.

Advolat Aeneas, vaginaque eripit ensem:

Et super haec: Ubi nunc Mezentius acer, et illa

Effera vis animi? contra Tyrrhenus, ut auras

Suspiciens hausit coelum, mentemque recepit:

Gli avventa, in ampio giro intorno intorno
Da sinistra tre volte roteandogli,
E un nembo in esso saettando sempre.
In se stesso tre volte Enea rigirasi,
Senza piè muover, sotto scudo stando;
Dentro al cui bronzo immensa all'aure s'erge
Di abbarbicati dardi irta una selva.
Di sveller strali, e d'indugiar pur tanto,
E della troppo disugual tenzone
Stanco Enea finalmente, in se divisa
Pria ben il colpo; indi gli balza innante:
E la lancia mortifera nel mezzo
Pianta alla fronte del destrier pugnace.
Questi in alto s'impenna, e non men ratto
Le anteriori zampe al suol tornando,
L'aure ei flagella co'possenti calci
A furia sì, che il cavalier ne gitta
A se innanzi; ei sovr'esso, a capo chino
Trabocca, e il preme, e implicalo, e gli sloga
L'omero. Il ciel saettan con alte urla
Teucri e Latini. A vol già sopra è giunto
Col nudo brando Enea: Dov'è il feroce
Mezenzio omai? (gridagli il Teucro) or dove
Quella sua indomit'alma? Al ciel supini
Gli occhi, tornato in se stesso il Tirreno,
Riaprendoli volge; e un sospir grave
Mandando, rispondevagli: Nemico

Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
Nullum in caede nefas: nec sic ad praelia veni,
Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus.
Unum hoc, per, si qua est victis venia hostibus, oro;
Corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc, oro, defende furorem;
Et me consortem nati concede sepulcro.
Haec loquitur, juguloque haud inscius accipit ensem,
Undantique animam diffundit in arma cruore.

Fero mio, che mi oltraggi? a che sospendi
Il colpo tu? vibralo: il merto. In campo
Non io tornai, per me scampar; nè vuolmi
Salvo, l'ucciso Láuso mio. Sol prego,
(Se prieghi s'odon di nemico vinto)
Concedi al corpo mio, terra, che il copra.
Pregni, il so, d'odio acerbo, i miei m'han cinto
Da tutte parti: io supplico; sottraggi
Dal lor furor queste mie spoglie; e un solo
Sepolcro me col mio figlio racchiuda.
Così parlando, all'aspettato ferro
Tende ei la gola; e ricevutol, versa
Nell'armi a un tempo ed il sangue e la vita.

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS

LIBER UNDECIMUS

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.
Aeneas, quanquam et sociis dare tempus humandis
Praecipitant curae, turbataque funere mens est,
Vota Deum primo victor solvebat Eoo.
Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum,
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri, et bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis: clypeumque ex aere sinistrae
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios (namque omnis eum stipata tegebat

DELL' ENEIDE

DI VIRGILIO

LIBRO UNDECIMO

Sorta è dal mar l' Aurora intanto. Enea,
Benchè il prema la cura di dar tomba
Ai guerrier suoi; benchè Pallante ucciso
Gli conturbi la mente; Enea, sul primo
Albeggiare, agli Dei sciogliea pur voti
Per la vittoria. Eretto egli ha un immane
Troncon di quercia in su ammontata terra;
D' armi fulgide il veste; altere spoglie
Di Mezenzio; a te splendido trofeo,
O magno Marte. Ei del cimier vi adatta
Le folte penne, ancor stillanti sangue;
Gl' infranti strali; ed in sei parti e in sei
La lorica del duce traforata:
L' eneo scudo a sinistra, al collo appendegli
Dall' elsa oburnea il brando. Ai trionfanti
Teucri suoi duci, ond' ha corona ei densa,

Turba ducum) sic incipiens hortatur ovantes:
Maxima res effecta, viri: timor omnis abesto.
Quod superest, haec sunt spolia, et de Rege superbo
Primitiae: manibusque meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad Regem nobis murosque Latinos.
Arma parate, animis, et spe praesumite bellum:
Ne qua mora ignaros, ubi primum vellere signa
Annuerint Superi, pubemque educere castris,
Impediat; segnesque metu sententia tardet.
Interea socios, inhumataque corpora terrae
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus: moestamque Evandri primus ad urbem
Mittatur Pallas; quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.

Sic ait illacrymans, recipitque ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes
Servabat senior: qui Parrhasio Evandro
Armiger ante fuit; sed non felicibus aeque
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.

Si volge, e dice: Un' alta impresa, o prodi,
Abbiam compiuta: or, ciò che avanza, è un nulla.
Mezenzio quì giacente per mia mano,
Augurio egli è, primizia è delle spoglie
Del più superbo Turno. A noi disgombra
La strada or s' apre di Laurento; or l' armi,
E il cor ricolmo di presaga speme,
Apprestate a vittoria. Al primo cenno,
Che il ciel daranne di levare il campo,
E d' oltre spinger le bandiere; in nullo
Di voi sia indugio, nè timor, nè dubbio.
Sotterriam noi frattanto gl' insepolti
Compagni: in riva d' Acheronte l' Ombre
Null' altro onore aspettano. Su, via,
L' esequie estreme s' abbian l' alme forti,
Che col lor sangue a noi pur compra han questa
Patria novella. Alla cittade afflitta
D' Evandro, or pria riportisi Pallante;
La cui troppa virtude, ahi! tronca giacque
Da morte acerba in questo orribil giorno.
Così dicendo, e piangendo, ei giungeva
In su la soglia, ove sedea custode
Al corpo esangue di Pallante, il vecchio
Acéte: era già questi un dì scudiero
D' Evandro; ed or, con men felici auspicj,
Venuto al fianco dell' amato alunno
In campo egli era. Al cadavere intorno

Circum omnes famulumque manus, Trojanaque turba,

Et moestae Iliades crinem de more solutae.

Ut vero Aeneas foribus se se intulit altis;

Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt

Pectoribus, moestoque immugit regia luctu.

Ipse caput nivei fultum Pallantis et ora

Ut vidit, levique patens in pectore vulnus

Cuspidis Ausoniae, lacrymis ita fatur obortis:

Tene, inquit, miserande puer, cum laeta veniret,

Invidit Fortuna mihi? ne regna videres

Nostra, neque ad sedes victor veherere paternas?

Non haec Evandro de te promissa parenti

Discedens dederam; cum me complexus euntem

Mitteret in magnum imperium: metuensque moneret

Acres esse viros, cum dura praelia gente.

Et nunc ille quidem spe multum captus inani,

Fors et vota facit, cumulatque altaria donis.

Nos juvenem exanimum, et nil jam coelestibus ullis

Tutti stanno i famigli; e densa turba
Di Teucri; e, all'uso Ilíaco, dolenti
Le scapigliate donne. Entrato appena
Nell'alte porte Enea, s'erge alle stelle
Universale un gemito; e al rimbombo
De' strazíati petti, in mesto suono
Tutta mugge la reggia. In veder egli
Del bel Pallante sorretta la testa,
Pallido il volto, più che neve; a sommo
Il molle petto, aperta ampia una piaga,
Opra crudel d'Ausonia punta; Enea
Vieppiù singhiozza; ed esclama: Te dunque,
Giovincello infelice, a me l'avara
Fortuna toglie, mentre a un tempo dammi
Vittoria tanta? a te il vedermi in soglio
Niega ella? e vivo, di tue palme carco,
Renderti niega al padre? Ah! nel partirmi
Dal tuo buon padre Evandro, altre, ben altre
Promesse a lui died'io; quando, abbracciandomi,
Ei m'inviava ad alto impéro; e quando,
Pien di temenza ei mi ammonía, che a dura
Guerra, con gente armigera e valente
Noi ne verremmo. Ed or fors'anco Evandro
Da vana speme lusingato, or voti
Stassi ei porgendo, e in copia doni, all'are!
Mentre al giovine esanime, dai Numi
Superni affatto abbandonato omai,

Debentem, vano moesti comitamur honore.

Infelix! nati funus crudele videbis.

Hi nostri reditus, exspectatique triumphi!

Haec mea magna fides! at non, Evandre, pudendis

Vulneribus pulsum aspicies: nec sospite dirum

Optabis nato funus pater. hei mihi, quantum

Praesidium, Ausonia, et quantum tu perdis, Iule!

Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus

Imperat, et toto lectos ex agmine mittit

Mille viros, qui supremum comitentur honorem,

Intersintque patris lacrymis; solatia luctus

Exigua ingentis, misero sed debita patri.

Haud segnes alii crates et molle feretrum

Arbuteis texunt virgis et vimine querno:

Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.

Hic juvenem agresti sublimem in stramine ponunt:

Qualem virgineo demessum pollice florem,

Seu mollis violae, seu languentis hyacinthi,

Rendendo stiam noi mesti un vano onore.
Misero padre! ah, del tuo figlio il rogo
Vedrai! quest'è il ritorno mio; son questi
I promessi trofei! quest'è la tanta
Tua fiducia in Enea! Ma, nol vedrai,
Tu Evandro, almen di vergognose piaghe
Trapassato da tergo; ah no, tu padre,
Arrossir non dovrai, nè bramar morte
In vece tu del mal tuo illeso figlio!
Qual difensore, o Italia, in lui ti è tolto!
E a te, mio Giulo, ahi qual sostegno! — Enea,
Poichè così compianto l'ebbe, impone,
Che il cadavere prendasi: trascelti
Dall'esercito tutto ha mille prodi,
Che al genitore il funereo corteggio
Guidino, e seco lui piangano: lieve
Refrigerio al dolor paterno immenso;
Ma pur debito al misero. Già gli uni
Colte han di salce flessile, e di vimini,
Verghette in copia: e già ne intessen gli altri
Molle un ferétro. Havvi chi all'alto strato
Fa di frondosi rami ombra dintorno;
E chi'l corpo del giovine distendevi
Sovra l'agreste letto. Ivi, egli posa
Qual tenera víola, o languidetto
Molle giacinto, cui virginea destra
Dal suo stelo mietesse: il fior pur serba

Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit;
Non jam mater alit tellus, viresque ministrat.
Tum geminas vestes, ostroque auroque rigentes,
Extulit Aeneas; quas illi, laeta laborum,
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, et tenui telas discreverat auro.
Harum unam juveni, supremum, moestus, honorem,
Induit; arsurasque comas obnubit amictu.
Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat, et longo praedam jubet ordine duci.
Addit equos, et tela, quibus spoliaverat hostem.
Vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, caeso sparsurus sanguine flammam:
Indutosque jubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi.
Ducitur infelix aevo confectus Acoetes,
Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora
Sternitur et toto projectus corpore terrae.

Molto splendor della natía beltade;
Benchè più omai vitale umor, nè forza,
Non gli ministri la nudrice terra.
A due purpurei drappi, ambi aspri d'oro,
Diè allor di piglio Enea: lavoro, e dono
Della Sidonia Dido, che trapunti
Con amorosa e dotta man già gli ebbe
D'auro ella stessa. Or, l'un di questi avvolge
(Ultimo onor) del giovinetto al corpo;
Dolente ei fa dell'altro un velo ai criui,
Cui divorar dovran le fiamme in breve.
Molte inoltre accatasta ei delle spoglie
Nella battaglia di Laurento or vinte:
E impon, che dietro al corpo in ordin lungo
Sia schierata ogni preda. Armi, e destrieri
Dei nimici v'aggiunge; e, a tergo avvinti
Le mani, assai de' prigionier, cui poscia
Vittime sveni al figlio estinto il padre
Sul di lui rogo. I tronchi rivestiti
Dell'armi ostili, alti trofei, commette
Ai duci stessi, che li portin; stavvi
Inscritto il nome del guerrier, cui furo.
Tratto poi viene il barcollante Acéte,
Misero, d'anni carico: ei co' pugni
Or si percuote in cruda guisa il petto;
Con l'ugne il volto ora ei si squarcia; or tutto
Scagliasi steso in su la dura terra.

Ducunt et Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus, positis insignibus, Aethon
It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.
Hastam alii, galeamque ferunt: nam caetera Turnus
Victor habet. tum moesta phalanx, Teucrique sequuntu
Tyrrhenique duces, et versis Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo;
Substitit Aeneas, gemituque haec addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata vocant. Salve aeternum mihi, maxime Palla,
Aeternumque vale. Nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressumque in castra ferebat.
Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleae, veniamque rogantes:
Corpora, per campos ferro quae fusa jacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terrae:
Nullum cum victis certamen, et aethere cassis:
Parceret hospitibus quondam, socerisque vocatis.

Sieguon, di sangue Rutulo stillanti
Predati carri. D'ogni barda ignudo,
Vien poscia Etón, l'alto destrier di guerra,
Ch'oltre procede col capo dimesso,
Lagrimando a due rivi. Altri l'elmetto,
L'asta altri porta di Pallante: il resto
Tolto ha dell'armi l'uccisor suo, Turno.
Chiusa in mesta falange è al fin la pompa
Dagli Arcadi, dai Teucri, e dai Tirreni
Duci; han gli Arcadi l'aste al suol rivolte.
Poichè tutto, in bell'ordine, il corteggio
Passato è omai, si arresta Enea; dal core
Tratto un profondo gemito, egli esclama:
I Fati stessi orribili di guerra
Me chiaman pure ad altro pianto. Addio,
Generoso Pallante, addio per sempre.
E, senza aggiunger altro, ei tosto i passi
Del suo campo volgea ver l'alte mura.
    Giunti ivi già dalla città Latina
Trova Oratori, il crin di oliva cinti,
Che ai dispersi cadaveri dei loro
Trucidati guerrieri imploran pace;
Bramando a quelli rendere gli estremi
Onori: aggiungon; contro ai vinti e uccisi,
Non più aver loco gli odj: al fin, perdoni
A quei, che un giorno ospiti suoi nomava,
E suoceri anco.—Impietosito, Enea

Quos bonus Aeneas, haud aspernanda precantes,
Prosequitur venia, et verbis haec insuper addit:
Quaenam vos tanto fortuna indigna, Latini,
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacemne exanimis, et Martis sorte peremtis
Oratis? equidem et vivis concedere vellem.
Nec veni, nisi Fata locum sedemque dedissent;
Nec bellum cum gente gero. Rex nostra reliquit
Hospitia, et Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat; his decuit mecum concurrere telis:
Vixet, cui vitam Deus aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, et miseris supponite civibus ignem.
Dixerat Aeneas. olli obstupuere silentes:
Conversique oculos inter se atque ora tenebant.
Tum senior semperque odiis et crimine Drances
Infensus juveni Turno, sic ore vicissim
Orsa refert: O fama ingens, ingentior armis,

Ai giusti preghi condiscende; e aggiunge:
Quale immerita sorte havvi, o Latini
Implicati in tal guerra, onde la vera
Nostra amistà sfuggiate? Ai corpi esangui,
Vittime già del fero Marte, or pace
Pregate voi? pace ai viventi io pure
Concederei, di cuore. Io quì non fora
Venuto mai, se loco e seggio i Fati
Non mi assegnavan quì. Nè muovo io guerra
Al popol vostro. Il vostro Re, fu quegli
Che violava gli ospitali dritti;
Ei, che nell'armi del suo Turno avea
Fiducia più. Quel Turno suo, venirne
Doveva ei meco ad affrontar la morte;
Meco ei la guerra terminar pugnando,
Poich'ei sbandir volea d'Ausonia i Teucri:
E di noi quegli ora vivria, cui vita
Serbata avesse o la sua destra, o un Dio.
Itene intanto, e s'arda il rogo ai vostri
Concittadini miseri. Quì tace
Enea. Di muta maraviglia ingombri
Gli Oratori l'un l'altro sogguardavansi.
Dopo un silenzio lungo, al fin l'antiquo
Drance, avverso pur sempre al giovin Turno,
Sempre a tacciarlo pronto, in questi detti
Ad Enea rispondeva: O Teucro Eroe,
Grande per fama, e vieppiù grande in opre,

Vir Trojane, quibus coelo te laudibus aequem?

Justitiaene prius mirer, belline laborum?

Nos vero haec patriam grati referemus ad urbem:

Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino

Jungemus regi: quaerat sibi foedera Turnus.

Quin et fatales murorum attollere moles,

Saxaque subvectare humeris Trojana juvabit.

Dixerat haec: unoque omnes eadem ore fremebant.

Bis senos pepigere dies; et pace sequestra

Per silvas Teucri, mistique impune Latini,

Erravere jugis. ferro sonat icta bipenni

Fraxinus: evertunt actas ad sidera pinus:

Robora nec cuneis, et olentem scindere cedrum,

Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Et jam fama volans tanti praenuncia luctus,

Evandrum, Evandrique domos, et moenia complet;

Quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.

Qual de' tuoi pregj, onde ai Celesti uguale
Tu sorgi, or primo a qui laudare imprendo?
Tua giustizia, o il valore? Ah! noi ricolmi
Di gratitudin, riportando andremo
Le tue parole alla natía cittade:
Noi, se la via ne schiude a ciò Fortuna,
Faremti amico il Re Latino: altrove
Turno omai d'alleati si provvegga.
Spero anco più: che al popol nostro giovi
Sudar coi Teucri a gara, in erger mura,
A voi dal Fato imposte.—E in ciò dà fine
Drance al suo dire: un bisbigliar de' suoi
A una voce il conferma. E già di tregua
Dodici giorni han pattuito, in cui
Misti e Teucri e Latini, appien securi
Errin pe' gioghi alti selvosi in cerca
Di combustibil esca. Il frassin cade
Reciso al suol dalla sonante scure;
I pini, al cielo torreggianti, atterrano;
Nè cessan mai di squarciar querce a forza
Di conj, e di spaccar cedri odorosi;
Nè di far scender dal monte, su carri
Cigolanti, i pesanti orni disvelti.
    Ma il già creduto vincitor Pallante,
Da più verace Fama or come estinto
Annunziato alla città d'Evandro
Viene, ed al padre stesso. Armansi ratti

Arcades ad portas ruere, et de more vetusto

Funereas rapuere faces. lucet via longo

Ordine flammarum, et late discriminat agros.

Contra turba Phrygum veniens plangentia jungit

Agmina. quae postquam matres succedere tectis

Viderunt, moestam incendunt clamoribus urbem.

At non Evandrum potis est vis ulla tenere:

Sed venit in medios. feretro Pallanta reposto

Procumbit super, atque haeret lacrymansque gemensque,

Et via vix tandem voci laxata dolore est:

Non haec, o Palla, dederas promissa parenti,

Cautius ut saevo velles te credere Marti.

Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,

Et praedulce decus primo certamine posset.

Primitiae juvenis miserae, bellique propinqui

Dura rudimenta, et nulli exaudita Deorum

Vota precesque meae! tuque, o sanctissima conjux,

Di funeree facelle, all'uso prisco,
Gli Arcadi: vien precipitosa folla
Della città alle porte: in atra luce
La procedente lunga striscia splende,
Per spazio immenso il pian partendo. Ad essi
Incontro viene la turba piangente
De' Frigj: ambe raggiungonsi, e, spettacolo
Lagrimevole, arrivano alle porte.
A tal vista, le madri orbe l'afflitta
Città riempion d'urli. Ma, possanza
Non havvi, no, che a frenar basti Evandro.
Scagliasi in mezzo alla funérea pompa,
Su la posata bara di Pallante,
Sul figlio ei si precipita; ed affisso
Stassi al suo corpo, piangendo e gemendo:
A stento al fine comincia a esalarsi
Per le dischiuse fauci il duol profondo:
O mio Pallante, le promesse al padre
Così serbavi? al fero Marte in preda
Tutto non darti, promettevi. Ah! troppo
Io 'l sapea! non ha freno in giovin petto
Il nuovo onor della battaglia prima.
Ahi, della gloria tua troppo infelici
Saggi primieri! ahi dura scuola infausta
Di guerra a noi vicina troppo! E nullo
Udía dei Numi le mie preci e i voti?
Felice, o tu, casta consorte mia,

Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem!
Contra ego vivendo vici mea fata, superstes
Restarem ut genitor. Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis! animam ipse dedissem;
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret.
Nec vos arguerim, Teucri, nec foedera, nec, quas
Junximus hospitio, dextras: sors ista senectae
Debita erat nostrae. quod si immatura manebat
Mors natum; caesis Volscorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros, cecidisse juvabit.
Quin ego non alio digner te funere, Palla,
Quam pius Aeneas, et quam magni Phryges, et quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.
Magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera letho.
Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par aetas, et idem si robur ab annis,
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?

Ch'anzi morivi, a sì gran duol ritolta!
Io, per l'opposto, oltre il dover vivea,
Per rimanermi orbato padre io poscia!
Che non uscii cogli alleati in campo,
Coi Teucri io pure? avesser me trafitto
Rutuli strali! a questa pompa in mezzo,
Pallante or no, ma riportato fora
L'esangue corpo mio. Nè di voi, Teucri,
Nè dei fra noi giurati ospiti patti,
Lagnato io mai non mi saria pertanto;
Tal fin, dovuto a' miei molti anni egli era.
Ma, se il mio figlio ad immatura morte
Doveasi pure; ah, le migliaja almeno
De' Volsci innanzi trucidate avesse;
Caduto almen foss'ei, guidando i Teucri
Nel più addentro del Lazio! — Omai non io
Darti voglio, o Pallante, onor funébre
Altro di quel, che il píetoso Enea,
E gli alti Frigj, ed i Tirreni duci
Ti diero, e tutte le Tirrene squadre.
Trofei sublimi, ecco, ti accerchian l'armi
Dei da te spenti Rutuli. E tu pure,
Superbo Turno, or noi vedremmo, onusto
Di tue armature, starti immane tronco,
Se pari a te di nerbo e d'anni egli era
Il giovincel, qual di valor pur l'era. —
Ma, oimè! che più, dal proseguir la guerra

Vadite, et haec memores regi mandata referte:

Quod vitam moror invisam, Pallante peremto,

Dextera causa tua est; Turnum natoque patrique

Quam debere vides meritis. vacat hic tibi solus

Fortunaeque locus. non vitae gaudia quaero,

Nec fas: sed nato Manes perferre sub imos.

Aurora interea miseris mortalibus almam

Extulerat lucem, referens opera atque labores.

Jam pater Aeneas, jam curvo in litore Tarchon

Constituere pyras. huc corpora quisque suorum

More tulere patrum: subjectisque ignibus atris

Conditur in tenebras altum caligine coelum.

Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,

Decurrere rogos: ter moestum funeris ignem

Lustravere in equis, ululatusque ore dedere.

Spargitur et tellus lacrymis, sparguntur et arma.

V'indugio, o Teucri? Itene dunque; e, fidi,
Voi riportate al signor vostro queste
Mie voci stesse: Enea, morto Pallante,
S'io l'abborrita luce ancor pur soffro,
N'è il tuo valor cagione: al figlio, e al padre,
Sta debitrice la tua destra invitta,
Della vita di Turno. Altro tu farmi
Dono non puoi; nè il può Fortuna. Omai
Non cerco io più, nè mi si addice, alcuno
Gaudio di vita: io bramo, anélo io solo
Recar vendetta giù del figlio all'Ombra.
L'Aurora intanto, ai miseri mortali
L'alma luce e gli affanni e le fatiche
Riconducea. Tarconte e il Teucro Duce
Ergono all'aura già sul curvo lido
Accatastate pire. Ognun sovr'esse
De' suoi guerrieri estinti i corpi adatta
Dei lor maggiori a norma. Atre facelle
Sottopongonvi; e già in caligin densa
Dentro a fumose ruote l'etra tutta
Si atténebra. Tre volte ai roghi intorno,
Cinti i guerrier dell'armi lor raggianti,
Aggiravansi a passo triplicato;
Tre volte intorno alla funerea fiamma
Corser poi su' destrieri; e gemebundi
Ululati innalzarono. S'irrígano
L'armi di lagrime, e il suolo di lagrime.

It coelo clamorque virum, clangorque tubarum.
Hinc alii spolia occisis derepta Latinis
Conjiciunt igni, galeas, ensesque decoros,
Fraenaque, ferventesque rotas: pars, munera nota,
Ipsorum clypeos, et non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti:
Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
In flammam jugulant pecudes: tum litore toto
Ardentes spectant socios, semustaque servant
Busta; neque avelli possunt, nox humida donec
Invertit coelum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus et miseri diversa in parte Latini
Innumeras struxere pyras: et corpora partim
Multa virum terrae infodiunt; avectaque partim
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.
Caetera, confusaeque ingentem caedis acervum,
Nec numero nec honore cremant: tunc undique vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.

Al fragor delle trombe, il ciel rimbomba,
E al clamor de' guerrieri. In preda quindi
Altri le spoglie de' Latini uccisi
Danno alle fiamme; elmetti fini, e spade
D'alto lavoro, e freni, e ruote, state
Celeri già: gittan molti altri al rogo
Gli scudi istessi de' guerrieri ivi arsi;
E (noto dono) i loro dardi, infausti,
Poichè vittoria a lor non diero. In copia
Vittime a Morte vi si svena intorno;
Tauri, e lanosi, e setolosi, e d'ogni
Specie animali, dai propinqui campi
A ciò pur tratti. Rimirando stanno,
Per l'ampia spiaggia le disperse squadre
I lor compagni ch'ardono; e ritorsi
Non ponno dalla vista delle pire
Mezz'arse, infin che di stellato ammanto
L'umida Notte non involve il cielo.
Nè in minor copia altrove a incender dansi
Pure altri roghi i miseri Latini:
Molti corpi hanno inoltre anco sotterra
Sepolti; e assai n'han riportati ai loro
Patrii campi, o alle lor natíe cittadi.
Degli altri tutti alla rinfusa è fatto
Un altissimo cumulo; e vien arso
Senz'altro onor nè novero: pe' vasti
Campi allora scintillan fuochi a gara.

Tertia lux gelidam coelo dimoverat umbram:
Moerentes altum cinerem et confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae.
Jam vero in tectis praedivitis urbe Latini
Praecipuus fragor, et longi pars maxima luctus:
Hic matres, miseraeque nurus, hic cara sororum
Pectora moerentum, puerique parentibus orbi,
Dirum exsecrantur bellum, Turnique hymenaeos.
Ipsum armis, ipsumque jubent decernere ferro,
Qui regnum Italiae, et primos sibi poscat honores.
Ingravat haec saevus Drances; solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra variis sententia dictis
Pro Turno, et magnum Reginae nomen obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama tropaeis.

Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
Ecce super moesti magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum

Fugava omai le gelid'ombre il terzo
Sole, quand'essi addolorati all'alte
Ammonticchiate ceneri venivano;
E alle tant'ossa tiepide indi estratte
Davan di terra sepolcrale ammanto.
Ma i più feroci gemiti e ululati,
Del Re Latin nella città possente
Odonsi uscir da ciascun tetto. In lutto
Ivi le madri, e le misere nuore,
E le sorelle, e i figli orfani, stanno:
La dira guerra, e gl'imenéi di Turno,
Tutti esécrano a prova: in armi, in campo,
Scenda ei stesso, quel Turno; egli, che al regno
D'Italia aspira, e ai primi onor, col ferro
Se gli acquisti in persona. E vieppiù innaspra
Questi lor sensi il fero Drance; e afferma
Solo appellarsi omai, solo volersi
A tal battaglia Turno. Assai pur altri,
Che stan per Turno, incontro a questi insorgono
Con opposto parere. E per lui molto
Sta la Regina, rispettabil nome;
Per lui, la Fama de' trofei suoi giusti.
    Mentre fra lor più il disparere avvampa,
Ecco, (oltre ciò) mesti Orator tornarne,
Quei già spediti alla cittade eccelsa
Di Dióméde. Riferiscon essi
Vana esser stata ogni lor opra, e vane

Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quaerenda, aut pacem Trojano ab rege petendam.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus:
Fatalem Aenean manifesto numine ferri
Admonet ira Deum, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosque suorum
Imperio accitos, alta intra limina cogit.
Olli convenere, fluuntque ad regia plenis
Tecta viis. sedet in mediis, et maximus aevo,
Et primus sceptris, haud laeta fronte, Latinus.
Atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,
Quae referant, fari jubet; et responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit:
Vidimus, o cives, Diomedem, Argivaque castra;
Atque iter emensi casus superavimus omnes;
Contigimusque manum qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam, patriae cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.

Le tante cure, e i doni, e l'auro, e i caldi
Preghi: doversi, o dai Latini altr'armi
Cercare, od impetrar da Enea la pace.
Pel gran dolore, udendoli, vien manco
Il Re Latino stesso. Assai fan prova,
E del Ciel l'ire, e le recenti stragi,
Che del fatal Trojano Duce un Dio
Prese ha le parti.—Entro sua reggia allora
De'primarj del regno alto consiglio
Latino intíma. Ivi si adunan tosto
Per vie diverse in folla tutti. In mezzo
Siede sublime il Re. D'onori, e d'anni
Sovra ogni altro ei primeggia; ma sereno
Non ha l'aspetto. Agli Orator tornati
Dalla cittade Etola or dianzi, impone,
Che in ordin pieno riferiscan quivi
E le lor chieste, e le risposte avute.
Fassi allora silenzio: e, obbedíente,
Vénulo già incomincia: Abbiam noi visto,
Concittadini, e Díoméde e il campo
Argivo; e, tutti del víaggio vinti
I perigli, impalmata abbiam la destra
Noi stessi, quella, onde al suol Troja cadde.
Nella Jápiga terra, in sul Gargáno
Da lui domato, Díoméde stava
Nuova città fondando, a cui, dal nome
Dell'Argiva sua gente, ei dava il nome

Postquam introgressi, et coram data copia fandi,

Munera praeferimus; nomen patriamque docemus;

Qui bellum intulerint; quae causa attraxerit Arpos.

Auditis ille haec placido sic reddidit ore:

O fortunatae gentes, Saturnia regna,

Antiqui Ausonii, quae vos Fortuna quietos

Sollicitat, suadetque ignota lacessere bella?

Quicunque Iliacos ferro violavimus agros,

(Mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,

Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem

Supplicia, et scelerum poenas expendimus omnes,

Vel Priamo miseranda manus. scit triste Minervae

Sidus, et Euboicae cautes, ultorque Caphareus.

Militia ex illa diversum ad litus adacti,

Atrides Protei Menelaus ad usque columnas

Exsulat: Aetnaeos vidit Cyclopas Ulysses.

D'Argíripa. Introdotti a lui davanti,
Gli offriam da prima gli arrecati doni;
La patria quindi, e il nome, e la cagione,
Che a lui ci tragge in Arpi, gli sveliamo,
E la guerra a noi mossa. A quanto egli ode
Tosto ei risponde in questi umani accenti:
Abitatori del Saturnio regno,
Felici Ausonj popoli vetusti,
Qual Fato sturba or la quíete vostra,
E ad insolita guerra vi strascína?
Ciascun di noi, che negl'Ilíaci campi
Strage portò, (tralascio i prodi estinti
Pugnando appiè delle Trojane mura,
E in Simoénta seppelliti) ognuno
Di nói, scontando va pel mondo intero
Dell'usate violenze immane il fio:
Tal, che a pietà, non ch'altri, Príamo istesso
Noi moveremmo. Il sa la stella infausta
D'Artúro, a danno già del nostro Ajace
Infellonita; il san d'Eubéa gli scogli,
E il promontorio Cafaréo, ministri
Delle vendette dell'offesa Palla.
Quanti hanno a Troja militato, spinti
A estrane spiagge tutti: esul si trova
Meneláo, fin d'Egitto alle rimote
Colonne; Ulisse, a visitar gli Etnéi
Ciclopi è astretto. I sovvertiti imperj

Regna Neoptolemi referam, versosque Penates

Idomenei? Libycone habitantes litore Locros?

Ipse Mycenaeus magnorum ductor Achivum

Conjugis infandae prima intra limina dextra

Oppetiit: devictam Asiam subsedit adulter.

Invidisse Deos, patriis ut redditus aris,

Conjugium optatum, et pulchram Calydona viderem?

Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:

Et socii amissi petierunt aethera pennis:

Fluminibusque vagantur aves, (heu dira meorum

Supplicia!) et scopulos lacrymosis vocibus implent.

Haec adeo ex illo mihi jam speranda fuerunt

Tempore, cum ferro coelestia corpora demens

Appetii, et Veneris violavi vulnere dextram.

Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.

Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum

Degg'io membrar d'Idomenéo, di Pirro?
O i Locri fatti abitatori a forza
Delle Libiche arene? Il Re dei Regi,
Lo stesso Atríde Micenéo, là cadde
Vittima ei sì, nella regal sua soglia
Dalla nefanda propria moglie ucciso:
Ivi or dell' Asia debellata il trono
Vile adultero usurpa. E membrar deggio
Come il ritorno verso i patrii Lari
Abbian tolto a me pur gl'invidi Numi?
Come la vista di mia sposa amata,
E della vaga Calidonia mia,
M'abbian per sempre essi intercetta? Ed ora,
Mostruosi terribili portenti
Me non perseguon anco? Erranti augelli
Su le nuove lor piume all'onde in riva
I mici compagni fansi; e in mesti suoni
(Ahi fero lor supplicio!) empiendo vanno
Di lagrimosi accenti e i monti e l'etra.
Ma, tai sventure rie tutte aspettarmi
Doveva io già, fin da quel giorno, in cui
Osava insano il ferro torcer io
Contro a celesti membra; io l'alma destra
Impiagando di Venere. A tal guerra
Spingere or me, no, non vogliate. Io, niuna
Cagion piii serbo di pugnar co'Teucri,
Troja atterrata: e dei lor scorsi affanni

Pergama, nec veterum memini laetorve malorum.
Munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aenean. stetimus tela aspera contra,
Contulimusque manus. experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
Si duo praeterea tales Idaea tulisset
Terra viros; ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus, et versis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud durae cessatum est moenia Trojae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Grajum
Haesit, et in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis:
Hic pietate prior. coeant in foedera dextrae,
Qua datur: ast, armis concurrant arma, cavete.
Et, responsa simul quae sint, Rex optime, Regis
Audisti; et quae sit magno sententia bello.
Vix ea legati: variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu, saxa morantur

Non io lieto, nè memore pur vivo.
I doni, a me dai vostri patrii lidi
Recati, ora portateli voi stessi
Al Teucro Enea. Già stetti in armi a fronte
Io di quel prode: a me prestate or fede,
Che il provai là nel campo; e so quant'egli
Torreggi insorto dal suo immenso scudo;
Quanto il suo vibrar d'asta fulmin sia.
S'altri duo tali, oltr'esso, erano in Troja,
Dardani in armi alle cittadi Argive
Venían primieri, e degli opposti Fati
Grecia a vicenda or piangería. Gl'indugj,
Quanti mai sotto all'ostinate rocche
D'Ilíon ci arrestavano, fur tutti
Come di Ettórre opra d'Enea: due lustri
Dai lor brandi rattenuta, stavasi
La Vittoria ivi immobile. Ambo egregj
D'animo, egregj ambo nell'armi, al paro;
Bensì più assai religioso, Enea.
Seco, poich'ei pure il consente, a patti
Venite omai: ma non contr'esso armato,
Armati voi: ben ci badate; io 'l dico.
Gran Re, tu udisti e le risposte a un tempo
Del Re Díoméde, e il suo parer di guerra.
Taccionsi appena gli Oratori, insorge
Vario un susurro, e conturbati i volti
Degli Ausonj si veggono. In tal guisa,

Cum rapidos amnes; clauso fit gurgite murmur,

Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.

Ut primum placati animi, et trepida ora quierunt;

Praefatus Divos, solio Rex insit ab alto:

Ante equidem summa de re statuisse, Latini,

Et vellem, et fuerat melius; non tempore tali

Cogere concilium, cum muros assidet hostis.

Bellum importunum, cives, cum gente Deorum,

Invictisque viris, gerimus, quos nulla fatigant

Praelia, nec victi possunt absistere ferro.

Spem, si quam accitis Aetolum habuistis in armis,

Ponite. spes sibi quisque: sed haec quam angusta videtis.

Caetera qua rerum jaceant perculsa ruina,

Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.

Nec quemquam incuso. potuit quae plurima virtus

Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.

Nunc adeo, quae sit dubiae sententia menti,

Se d'un torrente alla veloce piena
Sassi argin fanno, il chiuso gorgo strepita,
Suonan le ripe dal bollor dell'onde.
Calmati poi gli animi alquanto, e muto
Quell'inquíeto mormorio; dall'alto
Soglio, il Re volge pria suoi preghi ai Numi;
Poscia ei comincia in questi detti: Ah! certo,
Meglio era assai, (così pur fatto avessi!)
Ch'io m'appigliassi ad un partito innanzi;
Non quì con voi deliberando starmi,
Or che sovrasta a me il nemico. A scabra
Guerra siamo, o Latini; incontro a prodi,
Da non si vincer, no: contro alti Duci,
Sangue di Numi; a fera gente incontro,
Cui battaglie non domano; e che mai
Spiccar non sa dai brandi suoi le destre,
Ancorchè superata. Or, quanta speme
Negli ajuti degli Etoli era posta,
Dispogliatela voi: ciascun sia speme
Sola a se stesso: ma, il vedete appieno,
Quant'egli è angusto un tal sperare. Ogni altra
Cosa nostra, in qual tristo stato giacciasi,
Su gli occhi stavvi, e in core. Io, non incolpo
Persona alcuna: alto valor mostrossi,
Quanto esser mai potea; con quanto ha nerbo
Il regno nostro, si pugnava: or quindi,
Qual parer vinca entro al mio dubbio petto,

Expediam, et paucis, animos adhibete, docebo.
Est antiquus ager, Tusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super usque Sicanos:
Aurunci, Rutulique serunt, et vomere duros,
Exercent colles, atque horum asperrima pascunt.
Haec omnis regio, et celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiae Teucrorum: et foederis aequas
Dicamus leges, sociosque in regna vocemus:
Considant, si tantus amor, et moenia condant.
Sin alios fines, aliamque capessere gentem
Est animus, possuntque solo decedere nostro;
Bis denas Italo texamus robore naves,
Seu plures complere valent: jacet omnis ad undam
Materies: ipsi numerumque modumque carinis
Praecipiant: nos aera, manus, navalia demus.
Praeterea, qui dicta ferant, et foedera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu praetendere ramos;
Munera portantes aurique eborisque talenta,

Dirovvel'io, mi udite, in brevi accenti.
Lungo il Tebro, un gran tratto havvi di terra,
Che ver l'occaso estendesi, fin oltre
Ai termini de' Siculi vetusti:
Quegli aspri colli or solcano gli aratri
Degli Aurunci e dei Rutuli, che scarso
Vitto ne van traendo. Al far co'Teucri
Lega ora noi, tal regíon sia 'l mezzo:
Donisi ad essi intera, in un coll'alta
Montúosa pinéta: ad ogni patto,
Pace diam loro, e associamli a noi:
Posa omai quivi, che pur braman tanto,
Trovino, e al fin lor mura ergano i Teucri.
O, se altre mire infra altre genti il seggio
Ricercare lor fanno, illesi uscirne
Dal nostro suol si lascino. Noi stessi
Navi anco venti fabrichiam pur loro,
E più s'è d'uopo: accatastati al lido
Stanno da ciò già in copia Itali abéti;
Prescrivan essi e il numero, e le forme,
Darem noi loro e bronzo ed opra, e quanti
Nautici attrezzi abbiamo. Io dico inoltre,
Che tra i più chiari del Latino sangue
Cento Oratori scelgansi, e muniti
Di pacifera uliva, al Trojan Duce
Vadano: e là, miei sensi esposti, i patti
Fermino seco, auro ed avorio in dono

Et sellam regni trabeamque insignia nostri.

Consulite in medium, et rebus succurrite fessis.

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni

Obliqua invidia, stimulisque agitabat amaris,

Largus opum, et lingua melior, sed frigida bello

Dextera, consiliis habitus non futilis auctor,

Seditione potens (genus huic materna superbum

Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)

Surgit, et his onerat dictis, atque aggerat iras:

Rem nulli obscuram, nostrae nec vocis egentem,

Consulis, o bone Rex. cuncti se scire fatentur

Quid Fortuna ferat populi; sed dicere mussant.

Det libertatem fandi, flatusque remittat,

Cujus ob auspicium infaustum moresque sinistros

(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)

Lumina tot cecidisse ducum, totamque videmus

Offerendogli, e in un l'augusta Toga
E l'eccelsa Curule, illustri insegne
Del regno nostro. Al comun pro, voi dunque
Date or consiglio, e riparate ai danni.
Drance allor sorge. Egli è costui quel Drance,
Cui l'alta gloria del gran Turno punge
Con feri invidi strali. In lui, ricchezza
Molta; e facondia, più; ma in guerra langue
La sua torpida destra; inutil pure
Consigliero ei non è. Di chiara stirpe
Esce, per madre; ma d'ignota e incerta,
Pel genitore: ad ogni modo, ei puote
Molto là, dove i torbidi dan loco
A sediziosi moti. Avverso ei dunque
A Turno insorge; e contro a lui gli sdegni
Vieppiù raccende in questi detti e aggrava:
Ottimo Re, chiaro a noi tutti è il vero
Del tuo sermon, cui nostro assenso è vano.
Ciò, che al popol più giovi, ognun sel crede
Sapere appien; ma in dirlo, è dubitoso.
Liberi al fin parlar ci lasci; appiani
Sua tumidezza or quegli, (e invan minaccia
Ei morte a me con l'armi sue; pur oso
Parlar io quì;) sua tumidezza appiani
Or quei, che infausto, sotto infausti auspicj,
Spenti veder ci fea tanti alti nostri
Duci, ed intera la città nel lutto

Consedisse urbem luctu; dum Troia tentat
Castra, fugae fidens, et coelum territat armis.
Unum etiam donis istis, quae plurima mitti
Dardanidis ducique jubes, unum, optime Regum,
Adjicias; nec te ullius violentia vincat,
Quin natam egregio genero, dignisque hymenaeis
Des pater, et pacem hanc aeterno foedere jungas.
Quod si tantus habet mentes et pectora terror;
Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso:
Cedat jus proprium Regi, patriaeque remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula cives
Projicis? o Latio caput horum et causa malorum!
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.
Primus ego, (invisum quem tu tibi fingis, et esse
Nil moror) en supplex venio: miserere tuorum:
Pone animos, et pulsus abi. sat funera fusi
Vidimus, ingentes et desolavimus agros.

Sepolta; ei, che assalir de'Teucri il campo
Vuole, e atterrir col fier suo brando il cielo;
E intanto pur nel fuggir suo si affida.
Aggiunger, parmi, o egregio Re, dovresti
Un dono, ai tanti, che ai Trojani invii;
Uno aggiungerne; e forza al mondo niuna
A distortene vaglia; in don la figlia
A tal genero illustre or mandi il padre:
E co' degni Imenéi, di eterna pace
Stringansi i patti. Ma se tanto invade
Poi di Turno il terror le menti e i petti;
Preghiam pur Turno, imploriam pur da Turno
Venia noi stessi, affin che mite ei ceda,
Alla cittade, i di lei proprj dritti;
Al Re, lo scettro. O Turno, o tu, de'mali
Del Lazio capo e cagion sola, in tanti
Manifesti perigli a che sì spesso
Tuoi cittadini miseri precipiti?
Scampo per noi non havvi in guerra; o Turno,
Pace chiediam tutti da te; di pace
Noi ti chiediam l'inviolabil solo
Vero pegno, Lavinia. Ecco, me primo,
(Cui tu supponi a te contrario; e il sono)
Me primo in atto supplice pregarti,
Tu vedi: or, deh, pietade abbi de'tuoi;
L'ira ti spoglia; or vinto sei; dà loco.
Stragi abbastanza e desolati campi

Aut, si fama movet, si tantum pectore robur

Concipis, et si adeo dotalis regia cordi est;

Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem.

Scilicet, ut Turno contingat regia conjux,

Nos, animae viles, inhumata infletaque turba,

Sternamur campis. etiam tu, si qua tibi vis,

Si patrii quid Martis habes, illum aspice contra,

Qui vocat.

Talibus exarsit dictis violentia Turni:

Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces.

Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi,

Tunc cum bella manus poscunt; patribusque vocatis

Primus ades: sed non replenda est curia verbis,

Quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem

Agger murorum, nec inundant sanguine fossae.

Proinde tona eloquio, solitum tibi; meque timoris

Argue tu, Drance; quando tot stragis acervos

Visto abbiam noi, con nostro danno espresso.
Ma, se gloria ti sprona, se da tanto
Ti senti in cor, se a te pur cal sì forte
Latina reggia, cui sperasti in dote;
Ardisci, e in te securo, Enea nemico
Da corpo a corpo affronta. È, in ver, ben giusto,
Perchè regal consorte abbiasi Turno,
Che noi, vil turba, a suol cadiamo in campo,
Che da nessun compianti giacciam noi
Vili e insepolti. Ov' abbi cor tu in petto,
Destati tu: se del paterno Marte
Favilla è in te, destati Turno: or l' odi?
Enea te sfida alla battaglia. — A tali
Detti avvampò l'ira di Turno: ei manda
Un grido, e tosto in questo dir prorompe:
Larga copia a te, Drance, in ver, vien sempre
Di detti, ov' uopo alla tenzone i fatti
Sarianti: primo, ove a consiglio viensi,
Giungi tu ognora: ma intronar non dessi
Pur di parole, che securo scagli,
Or no il Senato; or, che ai nemici inciampo
Resta l' argin de' muri, e ancor di sangue
Non traboccan le fosse. A posta tua
Tuoni or tu della voce, a ciò sol uso;
E me n' incolpi di timor, tu, Drance:
E ben ti sta, poichè tanti alti fasci
Di Teucri corpi accumulò tua destra;

Teucrorum tua dextra dedit, passimque tropaeis
Insignis agros. possit quid vivida virtus,
Experiare licet. nec longe scilicet hostes
Quaerendi nobis: circumstant undique muros.
Imus in adversos? quid cessas? an tibi Mavors
Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquam merito, foedissime, pulsum
Arguet? Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, et Evandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, et Pandarus ingens,
Et quos mille die victor sub Tartara misi,
Inclusus muris, hostilique aggere septus.
Nulla salus bello? capiti cane talia, demens,
Dardanio, rebusque tuis. proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victae; contra premere arma Latini.
Nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremisount!
Nunc et Tydides, et Larissaeus Achilles!

Poichè tu adorni ad ogni passo i campi
De' tuoi trofei. Quanto in te vaglia ardente
Virtù, la prova or far ti lice: in cerca
Ir non dobbiamo di lontan nemico:
Sta da ogni parte ai muri intorno: or noi
Corriam sovr' essi: e che? tu tardi? il tuo
Marte si sta dunque in tua lingua inane
Tutto; e in codesti suoi fugaci piedi?
Turno vinto? chi mai darà di vinto
Taccia verace, o sovra i vili vile,
A Turno mai? forse d' Ilíache stragi
Gonfio per me non scorre il Tebro? e tutta
Per me perir d'Evandro orba la stirpe,
Orbo il regno, non vedesi; ed appieno
Gli Arcadi inermi debellati omai?
Bizia, e l'immane Pandaro, per certo
Me non chiamaron vinto; e non mille altri,
Spinti da me di Stige all'onde, il giorno,
Ch'io fra le mura là del campo ostile
Stetti, da' Teucri attorníato. In guerra
Scampo non v'ha per noi? per te, fia vero
L'augurio insano, e pel Trojano Duce.
Non cessar mai dunque tu, Drance, mai,
Di seminar terrori, e d'erger sempre
Quella due volte già sconfitta gente,
E d'avvilir l'armi Latine. Or, pingi
E Tidíde, e Mirmídoni, ed Achille,

Amnis et Adriacas retro fugit Aufidus undas!
Vel cum se pavidum contra mea jurgia fingit
Artificis scelus, et formidine crimen acerbat.
Nunquam animam talem dextra hac, (absiste moveri)
Amittes: habitet tecum, et sit pectore in isto.
Nunc ad te, et tua magna, Pater, consulta revertor.
Si nullam nostris ultra spem ponis in armis;
Si tam deserti sumus, et, semel agmine verso,
Funditus occidimus, neque habet Fortuna regressum;
Oremus pacem, et dextras tendamus inertes.
Quanquam o! si solitae quicquam virtutis adesset,
Ille mihi ante alios fortunatusque laborum,
Egregiusque animi; qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, et humum semel ore momordit.
Sin et opes nobis, et adhuc intacta juventus,
Auxilioque urbes Italae, populique supersunt;
Sin et Trojanis cum multo gloria venit
Sanguine; sunt illis sua funera, parque per omnes
Tempestas: cur indecores in limine primo

Tremanti tutti della Frigia possa:
Pingi d'Aufido l'onde addietro volte
Correre in fuga spaventate al fonte.
Perfid'arte! si finge egli atterrito
Dalle private mie contese; e innaspra
Così vieppiù col rio timor l'accusa.
Rassicurati omai: tal alma, spenta
Mai non sarà dalla mia destra: in petto
Tientela cara, e sia pur tua tal alma.
Padre, or a te venendo, e al tuo sublime
Parere, io dico: Se nell'armi nostre
Speme niuna ti avanza; se del tutto
Sola una rotta annichilati ha noi;
Nè arrider più Fortuna mai ci puote;
Sporgiam le inerti mani, e oriam noi pace.
Benchè a me quegli, (alcun deh pur restasse
Del consuéto alto valor!) sì, quegli
Felice a me parría su gli altri tutti;
Quegli valente sovra tutti; a cui,
Pria di scorger tal onta, il suol fia dato
Morder, cadendo esanime. Se poi
Freschi guerrieri, e nuove forze, e ajuti
D'Itala gente avanzano; se i Teucri,
Di molto sangue a costo, acquistan cara
La gloria lor; se il feral turbo abbatte
Del pari anch'essi; or, perchè noi, di Marte
In su le soglie appena, siam già stanchi,

Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, variusque labor mutabilis aevi
Rettulit in melius: multos alterna revisens
Lusit, et in solido rursus Fortuna locavit.
Non erit auxilio nobis Aetolus, et Arpi?
At Messapus erit, felixque Tolumnius, et quos
Tot populi misere duces: nec parva sequetur
Gloria delectos Latio et Laurentibus agris.
Est et Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, et florentes aere catervas.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idque placet, tantumque bonis communibus obsto;
Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Ut tanta quicquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contra: vel magnum praestet Achillem,
Factaque Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet. vobis animam hanc, soceroque Latino,
Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus,
Devovi. solum Aeneas vocat? et vocet, oro.

Con tanto obbrobrio nostro? a che tremanti
Ci stiam noi già, pria che la tromba accenni?
Col variar perenne suo, più cose
Risarcisce ancó il tempo: avvicendata
Spesso Fortuna, assai ne spinse in fondo,
Cui tornò poscia in alto. Etoli ajuti
Ci mancheranno, e d'Arpi? ebben, ci avremo
Messápo; avrem l'avventurato in guerra,
Tolunnio, e d'altre genti i duci tutti:
Nè lieve gloria attergherassi all'orme
Dei Laurenti e Latini eletti prodi.
De' Volsci egregj, avrem Camilla, a cui
Raggianti squadre, e i cavalieri audaci
Sono affidati. Ma, se i Teucri a pugna
Sfidan me solo, ove a voi piaccia, ov'io
Ostacol pure al ben di tutti appaja;
Non è sì ignota la vittoria poi
A questa destra mia, ch'io mai ricusi
Pugnar, quando in me posa l'altrui speme.
Già 'l mio valor contro ad Enea me spinge;
Foss'egli armato da Vulcan pur anco
Qual s'era Achille; anco un novello Achille
Foss'egli pure. A voi questa mia vita,
A te, Latin, suocero eccelso, io Turno,
(In nulla a nullo dei vetusti prodi
Secondo) io Turno, consecrata l'ebbi.
Sfida Enea me soltanto? e me pur solo

Nec Drances potius, sive est haec ira Deorum,
Morte luat: sive est virtus, et gloria, tollat.
Illi haec inter se dubiis de rebus agebant
Certantes: castra Aeneas aciemque movebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisque urbem terroribus implet:
Instructos acie Tiberino a flumine Teucros,
Tyrrhenamque manum totis descendere campis.
Extemplo turbati animi, concussaque vulgi
Pectora, et arrectae stimulis haud mollibus irae.
Arma manu trepidi poscunt: fremit arma juventus;
Flent moesti mussantque patres. hic undique clamor
Dissensu vario magnus se tollit in auras:
Haud secus, atque alto in luco cum forte catervae
Consedere avium; piscosove amne Padusae
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.
Imo, ait, o cives, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, et pacem laudate sedentes:

Enea, deh, sfidi! E un Drance, no, non pera,
Se a noi tor dee la palma ira dei Numi:
Nè, se darcela vuole, abbiane un Drance
La gloria, no. — Così lor dubbio stato
Discutendo ivan quelli. Enea frattanto
Mosso è dal campo con le squadre. Ed ecco,
Precipitoso alla Latina reggia
Venirne un messo infr' alte grida, e tutta
Atterrir la cittade: Etruschi, e Teucri
Annunzia ei su pel Tebro naviganti,
E i campi tutti di lor ampie schiere
Coperti poscia; ed inoltrarsi. A un tratto
Si conturban le menti della plebe,
Si sconvolgono gli animi; e d' acerbe
Punte più avvampan stimolate l' ire.
Tumultuante il volgo armi richiede:
Armi, armi, il fremer giovenil risuona:
Mesti susurran piangendo gli antichi.
Quindi il parer discorde alto percuote
D' immenso clamor l' etra d' ogni intorno:
Cotal ne avvien, se in cupa selva addentro
Torme d' augelli romoreggian chiuse;
O qualor dell' Erídano pe' stagni
Suon di garruli cigni alto rimbomba.
Afferra allor l' occasíone Turno,
E grida: Or tempo, o cittadini, è tempo
Or di consessi, e di encomiar la pace,

Illi armis in regna ruunt. Nec plura locutus,

Corripuit se se, et tectis citus extulit altis.

Tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis:

Duc, ait, et Rutulos. equitem Messapus in armis,

Et cum fratre Coras latis diffundite campis.

Pars aditus urbis firment, turresque capessant:

Caetera, qua jusso, mecum manus inferat arma.

Ilicet in muros tota discurritur urbe.

Concilium ipse pater et magna incepta Latinus

Deserit, ac tristi turbatus tempore differt:

Multaque se incusat, qui non acceperit ultro

Dardanium Aenean, generumque asciverit urbi.

Praefodiunt alii portas, aut saxa, sudesque

Subvectant: bello dat signum rauca cruentum

Buccina. tum muros varia cinxere corona

Matronae puerique: vocat labor ultimus omnes.

Nec non ad templum summasque ad Palladis arces

Sedendovi: i nemici in armi intanto
Tutto inondato avranvi il regno. E nulla
Aggiunto a ciò, fuor della reggia ei balza:
Uscito, impera: A'Volsci tuoi, Volúso,
Tor l'armi fa; guida tu i Rutuli anco.
Col tuo fratel, tu, Cora; e tu, Messápo,
Schierate voi nel piano ampio i cavalli.
Delle mura gli accessi afforzin parte,
Occupando le torri; il resto, al fianco
Vengami; pronto ai cenni miei. Già corre
La città tutta a custodir le mura.
Turbato anco il Re stesso, già interrompe
Il concilio; e i disegni alti gli è forza
Pur differire. Tristezza lo accora:
Incolpa ei molto se medesmo; Enea
Non si aver egli e genero ed erede
Della città, tosto trascelto. Innanzi
Alle porte frattanto altri le fosse
Cavano; travi all' alte imposte incontro
Appuntan altri, e sassi e sassi ammontano.
Di guerra il cenno sanguinoso intuona
La rauca tromba. In raddoppiati giri
Già coronan le mura anco i fanciulli,
Con le stesse lor madri: all'ultim'uopo
Tutti fatal necessità li appella.
Ma al tempio, in cima alle Palladie rocche
Tratta saliva la Regina, onusta

Subvehitur magna matrum Regina caterva,
Dona ferens: juxtaque comes Lavinia virgo;
Causa mali tanti, atque oculos dejecta decoros.
Succedunt matres, et templum thure vaporant,
Et moestas alto fundunt de limine voces:
Armipotens praeses belli, Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygii praedonis, et ipsum
Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in praelia Turnus:
Jamque adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro,
Tempora nudus adhuc; laterique accinxerat ensem,
Fulgebatque alta decurrens aureus arce;
Exsultatque animis, et spe jam praecipit hostem:
Qualis, ubi abruptis fugit praesepia vinclis
Tandem liber equus, campoque potitus aperto;
Aut ille in pastus armentaque tendit equarum;
Aut assuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat; arrectisque fremit cervicibus alte

Di sacri doni: a lei corteggio intorno
Vien di folte Matrone; al fianco, ha seco
La vergine Lavinia, che innocente
Cagion di mali tanti, al suolo affigge
Le raggianti pupille. A lor tien dietro
Donnesca turba: l'odoroso fumo
Già degl'incensi s'erge; e in mesti accenti
Gridan le donne dalla soglia sacra:
O tu, Vergin di guerra, in armi forte,
Pallade, o tu, con la tua mano infrangi
Del predator Trojano i dardi audaci;
E innanzi a queste assediate porte
Prostendi estinto anco lui stesso. — Intanto,
S'arma Turno a battaglia. A furia ei veste
La raggiante squamifera corazza
Rutula, bronzo-tutta: ei calza l'oro
Dei forbiti stinieri, ignudo ancora
La sola testa: ha già il suo brando il fianco;
Orrido fiammeggiante in torba luce
Discende ei già dall'alta rocca al piano;
Baldo, e in sua speme vincitor già fatto.
Tal fugge appunto (ogni suo ceppo infranto)
Nobil destrier pe' conquistati aperti
Campi, balzando a suo talento ai paschi,
O delle spose alle bramate torme,
O ad attuffarsi entro l' usato fiume:
E annitrisce, e saltella, ed ardua estolle

Luxurians, luduntque jubae per colla, per armos.
Obvia cui, Volscorum acie comitante, Camilla
Occurrit portisque ab equo Regina sub ipsis
Desiluit, quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis. tum talia fatur:
Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo, et Aeneadum promitto occurrere turmae,
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, et moenia serva.
Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus:
O, decus Italiae, virgo, quas dicere grates,
Quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando
Iste animus supra, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem, missique reportant
Exploratores, equitum levia improbus arma
Praemisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta jugo properans adventat ad urbem.
Furta paro belli convexo in tramite silvae,

La testa, ond'or sul collo or su le spalle
Scherzano i lunghi flagellanti crini.
Infra Volsci guerrieri, a Turno incontro
Fassi Camilla; in su le porte il trova;
Per fargli onor, precipita di sella,
E fan lo stesso i suoi. Quindi essa dice:
Ove pur abbia in se medesmo il prode
Fidanza a dritto, io sola, o Turno, andarne
Contro le Teucre e le Tirrene squadre,
Io tel prometto; oppormi a quelle io sola,
Sì, l'ardirò. Miei della pugna i primi
Rischj, sian miei: tu, sotto ai muri statti;
Pedone or tu l'alta città difendi.
Nella tremenda Vergine, a tai detti,
Gli occhi affissando Turno: Alta donzella,
Splendor d'Italia, (ei grida) or come, e quali
Render mai grazie al tuo gran merto pari,
A te poss'io? Ma poi che in petto hai l'alma
Maggior tu assai d'ogni periglio, or meco
Dividi tu l'impresa. È corso il grido,
E mel riportan anco i miei premessi
Esploratori, che l'accorto Enea
Preceder faccia a dare ai campi il guasto
I suoi lievi cavalli; e ch'ei frattanto,
Per vie scoscese soverchiato il monte,
Tosto a piombar su la città si affretti.
Io, di guerra una fraude ho presta all'uopo:

Ut bivias armato obsidam milite fauces.

Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:

Tecum acer Messapus erit, turmaeque Latinae,

Tiburtique manus: ducis et tu concipe curam.

Sic ait, et paribus Messapum in praelia dictis

Hortatur, sociosque duces; et pergit in hostem.

Est curvo anfractu valles accomoda fraudi,

Armorumque dolis; quam densis frondibus atrum

Urget utrinque latus; tenuis quo semita ducit,

Angustaeque ferunt fauces, aditusque maligni.

Hanc super, in speculis, summoque in vertice montis,

Planities ignota jacet, tutique receptus:

Seu dextra laevaque velis occurrere pugnae;

Sive instare jugis, et grandia volvere saxa.

Huc juvenis nota fertur regione viarum,

Arripuitque locum, et silvis insedit iniquis.

Velocem interea superis in sedibus Opim,

Unam ex virginibus sociis, sacraque caterva,

In cupa selva un curvo calle in due
Fauci anguste dividesi: un agguato
D'armati intendo ivi posare. Incontro
Agli Etruschi cavalli irne tu dei
Coll'adunate insegne; e teco il forte
Messápo, e le veloci ardite squadre
Tiburtine e Latine; al par le cure
Tu di lor duce, e di guerriero, assumi.
Turno così: quindi, a Messápo, e agli altri
Duci alleati, in somiglianti detti
Raddoppia il cor, ed al nemico ei vola.
Giace una valle insidíosa, ed atta
Pe' flessúosi suoi rigiri a fraude
Di esperto duce: a destra e a manca opache
Frondi l'ammantan; solo un picciol calle
Infra ristrette fauci è cupa scorta
In malagevoli aditi. Sovrasta
Ad essa un monte, che in sua eccelsa cima
Un piano asconde, a stuol d'armati asílo
Securo, donde da ogni lato ei ponno
Veder, non visti; e giù scagliarsi a pugna,
O massi in copia rotolar dall'erta.
Turno, a cui noto è il loco appien, vi giunge
Primo, e nel bosco traditor si agguata.
    Nelle celesti sfere a se chiamava
Cinzia frattanto una sua vergin; Opi,
Del sacro eletto coro a lei compagna;

Compellabat, et has tristi Latonia voces
Ore dabat: Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, et nostris nequicquam cingitur armis;
Cara mihi ante alias. nec enim novus iste Dianae
Venit amor, subitaque animum dulcedine movit.
Pulsus ob invidiam regno viresque superbas,
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe,
Infantem fugiens media inter praelia belli
Sustulit exsilio comitem, matrisque vocavit
Nomine Casmillae, mutata parte, Camillam.
Ipse sinu prae se portans juga longa petebat
Solorum nemorum: tela undique saeva premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugae medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis; tantus se nubibus imber
Ruperat. ille innare parans, infantis amore
Tardatur, caroque oneri timet. omnia secum
Versanti, subito vix haec sententia sedit:
Telum immane, manu valida quod forte gerebat
Bellator, solidum nodis, et robore cocto;

E le parlava in questi accenti mesta:
Opi, a crudel battaglia, indarno cinta
Di nostr'armi Camilla, ecco apprestarsi;
La prediletta mia. Nè amor novello
È questo in me, ch'or d'improvvisa tema
Il cor mi scuote. Il di lei padre, espulso
Dal soglio un dì pel suo regnar superbo,
Metábo, gli odj indi sfuggendo e l'armi
Dei ribellanti sudditi, l'antiquo
Suo Priverno lasciava. Al fero esiglio
Compagna ei torsi la bambina ardiva,
E, di Casmilla, ch'è il materno nome,
Lei Camilla chiamava. Ei stesso, il grembo
Carco del dolce pegno, i più deserti
Boschi di giogo in giogo iva calcando
Col piè fugace; da ogni parte in armi
Incalzandolo in cruda traccia i Volsci.
A mezzo ei già di sua trepida fuga,
Gli si attraversan, ecco, alto-spumanti
Del rigonfio Amasen l'onde veloci,
Che per dirotte piogge traboccavano.
Egli, già presto a trapassarle a nuoto,
Teme pel caro peso; e inciampo al piede
Gli fa l'amor di padre. In cor più mezzi
Fra se volgendo, ei tostamente a questo
Si appiglia: entro a flessibile corteccia
Di salvatico sughero ravvoltola

Huic natam, libro et silvestri subere clausam,

Implicat, atque habilem mediae circumligat hastae;

Quam dextra ingenti librans, ita ad aethera fatur:

Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo,

Ipse pater famulam voveo: tua prima per auras

Tela tenens supplex hostem fugit. accipe, testor,

Diva, tuam, quae nunc dubiis committitur auris.

Dixit: et adducto contortum hastile lacerto

Immittit. sonuere undae: rapidum super amnem

Infelix fugit in jaculo stridente Camilla.

At Metabus, magna propius jam urgente caterva,

Dat se se fluvio, atque hastam cum virgine victor,

Gramineo, donum Triviae, de cespite vellit.

Non illum tectis ullae, non moenibus urbes

Accepere; neque ipse manus feritate dedisset:

Pastorum et solis exegit montibus aevum.

Ben ben fasciata la bambina: ei quindi
L'involto lega e ben l'adatta e stringe
Al saldo immane dardo nodoroso,
Ch'usa ei scagliar con la robusta destra.
Ecco, in alto il brandisce, e in un tai preghi
Al ciel rivolge: o di Latona prole,
De' boschi alma Díana abitatrice,
Io genitore, a te, Vergin sovrana,
Questa bambina mia consacro ancella:
Accomandata all'armi tue, per l'aure
In supplichevol atto a te rifugge.
Te, Diva, attesto, che per sempre è tua
Questa, ch'io fido ai dubbj venti: or l'abbi.
Disse: e da tutto il poderoso braccio
Scagliato ha il dardo. Rimbombavan l'onde
Dallo stridor del saettato fascio,
In cui fuggía la misera Camilla,
Sovra il rapido fiume. A nuoto poscia
Dassi Metábo, cui più sempre incalza
Lo stuol nemico; e già l'opposta sponda
Col fido dardo la bambina in salvo
Sovra erboso cespuglio a lui presenta:
Giunto, ei ne svelle vincitore il sacro
Dono di Trivia. Nè cittadi, o tetti
Più l'albergaro, inferocito omai
Dai tanti rischj e oltraggi: egli pe' monti
Ermi pastor solingo a viver diessi.

Hic natam in dumis, interque horrentia lustra,
Armentalis equae mammis, et lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens ubera labris.
Utque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, jaculo palmas oneravit acuto;
Spiculaque ex humero parvae suspendit, et arcum.
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae,
Tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.
Tela manu jam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena;
Strimoniamque gruem, aut album dejecit olorem.
Multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optavere nurum. sola contenta Diana,
Aeternum telorum et virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi, comitumque foret nunc una mearum.
Verum age, quandoquidem fatis urgetur acerbis,
Labere Nympha polo, finesque invise Latinos;
Tristis ubi infausto committitur omine pugna.

In selvagge latébre orride quivi
Ei nutricava di ferino latte
La figliuoletta infra aspri dumi; al labro
Infantile mungendo ei di sua mano
Le mamme d'una indomita cavalla.
Mal ferme ancor con tenerelle piante
L'orme appena ella stampa, che già il padre
Dardi assai le diè in mano, e l'arco appese
Ai di lei piccioli omeri, e il turcasso.
Di lunga gonna in vece, e d'auree bende,
Una spoglia di Tigre giù pel dorso
Scende dal capo a ricoprirla. Adatti
Alle manine sue bei dardicelli
Fin d'allor saettò; la fionda anch'essa
Ruotò sul capo in ampio cerchio, e uccise
Or bianco cigno, or Tracia grue. Ben molte
Tirrene madri lei bramaro indarno
Per loro nuora. Ma, contenta appieno
Di servir ella a me, suoi dardi, e il puro
Virgineo fior prepon per sempre a tutto.
Deh, non si fosse in cotal guerra or ella
Così ravvolta, ed impegnata a fronte
De'Teucri; or io l'avrei compagna eletta
Al fianco mio! Ma pur, poichè da iniqui
Fati è sospinta, o tu mia Ninfa, scendi
Nel Lazio or là, dove a battaglia infausta
Con tristi augurj viensi: ivi, a lei presso

Haec cape, et ultricem pharetra deprome sagittam:
Hac, quicunque sacrum violarit vulnere corpus,
Tros Italusve, mihi pariter det sanguine poenas.
Post ego nube cava miserandae corpus et arma
Inspoliata feram tumulo, patriaeque reponam.
Dixit: at illa leves coeli demissa per auras
Insonuit, nigro circundata turbine corpus.
At manus interea muris Trojana propinquat,
Etruscique duces, equitumque exercitus omnis;
Compositi numero in turmas. fremit aequore toto
Insultans sonipes, et pressis pugnat habenis;
Huc obversus, et huc: tum late ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
Nec non Messapus contra, celeresque Latini,
Et cum fratre Coras, et virginis ala Camillae,
Adversi campo apparent: hastasque reductis
Protendunt longe dextris, et spicula vibrant:
Adventusque virum, fremitusque ardescit equorum.
Jamque intra jactum teli progressus uterque

Statti con questa mia farétra, e tranne
Saetta ultrice, che col sangue indegno
Di chi oserà ferir la vergin sacra
Grave glien faccia a me scontare il fio:
Teucro, o Rutulo ei sia, l'uccisor pera.
In cava nube io poscia e il corpo, e l'armi
Della infelice integre, al patrio suolo
Io renderò, sottrattala ai nemici:
Onor di tomba, io gliel darò. Quì tace
La Diva: ed Opi già per l'aure lievi,
Ravviluppata in turbo atro sonante,
Dal ciel scendea.—Ma intanto appresso ai muri
Di Laurento l'esercito vien tutto,
Teucri fanti, e cavalli, e Etruschi duci,
A ordinati squadroni. Il vasto piano
Tutto rimbomba de' nitriti: a stento
Raffrenati i destrieri, attraversarsi
Saltellanti li vedi: orrida messe
D'aste ferrate ondeggia; e lampi a mille
Saettan l'armi. Incontro a lor Messápo
Anco s'è mosso dalle mura; e i ratti
Latini, e Cora col germano, e i lievi
Cavalli della vergine Camilla.
L'aste in resta s'inoltrano; altri vibra
Giavellotti: i guerrier già già si appressano;
Già il calpestío, già il fremito più avvampa.
Giungono a tiro già. Le parti entrambe

Substiterat: subito erumpunt clamore, frementesque
Exhortantur equos: fundunt simul undique tela
Crebra, nivis ritu; coelumque obtexitur umbra.
Continuo adversis Tyrrhenus, et acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primique ruinam
Dant sonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt. excussus Aconteus,
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Praecipitat longe, et vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatae acies; versique Latini
Rejiciunt parmas, et equos ad moenia vertunt.
Troes agunt: princeps turmas inducit Asylas.
Jamque propinquabant portis: rursusque Latini
Clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosque superjacit undam
Spumeus, extremamque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque aestu revoluta resorbens
Saxa, fugit, litusque vado labente relinquit.

Fann' alto alquanto: indi in un subit', ecco,
Grida innalzarsi, urtarsi ecco i destrieri,
E da ogni parte dardi in folto nembo,
Di spessa neve in guisa, al Sol far velo;
Primi, anzi tutti a vol, coll' aste in resta,
Si affrontano Tirreno, e il forte Aconte.
Con gran romba fann'impeto, cozzando
Petto con petto i lor destrieri opposti.
Balza Aconte dall'urto fuor di sella
Ratto, qual fulmin saettato balza,
O qual pondo avventato da balista:
Pria di cader, già ei muore. Al fero colpo
Sturbate tosto le Latine squadre,
Volti i destrier ver la città, gli scudi
Sporgon da tergo, in piena fuga andando.
Ad incalzarli i Teucri; a cui primiero
Asíla è duce. E già alle porte quasi
Giungean, quand'ecco, alzar novelle grida
I Latini, e degli agili cavalli
Volger le teste a far di nuovo fronte.
A vicenda anco i Teucri a briglie sciolte
Fuggono allora. Il mar così talvolta
Onda sovr'onda sospingendo ai lidi,
Spumoso varca i duri scogli, e spinge
Oltre in terra le arene; or, seco addietro
Ratto ne' gorghi de' fuggenti flutti,
L'arene ei volve abbandonando i lidi.

Bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos:

Bis rejecti armis respectant terga tegentes.

Tertia sed postquam congressi in praelia, totas

Implicuere inter se acies, legitque virum vir;

Tum vero et gemitus morientum, et sanguine in alto

Armaque, corporaque, et permisti caede virorum

Semianimes volvuntur equi: pugna aspera surgit.

Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,

Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.

Quo sonipes ictu furit arduus, altaque jactat,

Vulneris impatiens, arrecto pectore crura.

Volvitur ille excussus humi. Catillus Iolam,

Ingentemque animis, ingentem corpore et armis

Dejicit Herminium: nudo cui vertice fulva

Caesaries, nudique humeri. nec vulnera terrent:

Tantus in arma patet. latos huic hasta per armos

Due volte i Toschi di Laurento ai muri
Sospingevano i Rutuli fuggenti;
Risospinti due volte, ebber gli scudi
A protegger lor gli omeri. Ma, quando
Nel terzo scontro a tutta forza poscia
Gli squadroni s'urtarono l'un l'altro,
Uom contr'uom, fermi; allora gli alti gemiti
Dei moríenti s'odono; in un mare
D'atro sangue, sossopra armi, destrieri,
Guerrier spiranti, volgonsi frammisti:
Orrida atroce pugna. A corpo a corpo
Non si attentando Orsíloco venirne
A battaglia con Remulo, gli avventa
L'asta; e alle tempia del di lui cavallo
Infisso ei lascia il ferro. Ergesi al colpo
Infuríando in alto, smaníando
Pel gran duolo, il destriero; e ratte tanto
L'aura flagellan le ferrate zampe,
Che scosso a terra ei Remulo precipita.
Iola, abbattuto è da Catíllo; e il prode,
Il magnanimo Erminio, in armi e in mole
Cotanto pur, soggiace anco a Catíllo:
Erminio, che in battaglia ignudo il capo,
Gli omeri ignudo, e l'aurea chioma al vento
Sparsa, bersaglio ai non temuti dardi
Ben ampio appresta, torreggiando. Infissa
Nelle vaste sue spalle l'asta tremula

Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore.
Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramque petunt per vulnera mortem.
At medias inter caedes exsultat Amazon,
Unum exserta latus pugnae, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu spargens hastilia denset,
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, et arma Dianae.
Illa etiam, siquando in tergum pulsa recessit,
Spicula converso fugientia dirigit arcu.
At circum lectae comites, Larinaque virgo,
Tullaque, et aeratam quatiens Tarpeia securim,
Italides; quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisque bonas bellique ministras:
Quales Threiciae, cum flumina Thermodontis
Pulsant, et pictis bellantur Amazones armis;
Seu circum Hippolyten, seu cum se martia curru
Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu
Feminea exsultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis?

Sta di Catillo, e il duol gli addoppia stando.
D'ogni intorno atro sangue: i brandi a gara
Fan strage; a gara a gloriosa morte
Da ogni parte si corre. Ma, fra il sangue
Camilla esulta, faretrata in guisa
Di Amazone, snudando ella pur una
Delle mammelle: or, con la destra un nembo
D'aspre saette fulmina; or martella
Con l'indefessa sua bipenne grave
Colpi su colpi. L'arco d'oro a tergo
Le suona intanto e di Diana i dardi.
Anco fuggente, ella talor lo strale
Con l'attergate mani indietro scocca.
Scelte compagne vergini, Larina,
Tulla, e Tarpéa, brandisconle dintorno
Lor enee scuri: Italiche Donzelle,
Per suo corteggio da Camilla elette
In pace e in guerra. Al Termodonte in riva
Nelle pinte loro armi appunto tali
Le fere Tracie Amazoni fan guerra;
O seguan esse Ippolita, o con urla
Tumultuanti al carro eccelso intorno
Della tornata bellicosa altera
Pantasiléa, picchiando a gara stieno
I lunati brocchieri. Or, qual vegg'io
Vittima prima, e qual cadere estrema,
Pe'strali tuoi, Vergin guerriera? or, quanti

Eunaeum Clytio primum patre, cujus apertum
Adversi longa transverberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat.
Tum Lirin, Pagasumque super: quorum alter habenas
Suffosso revolutus equo dum colligit, alter
Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem,
Praecipites, pariterque ruunt. his addit Amastrum
Hippotaden: sequiturque incumbens eminus hasta,
Tereaque, Harpalycumque et Demophoonta Chromimque
Quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidere viri. procul Ornitus armis
Ignotis, et equo venator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malae texere lupi cum dentibus albis;
Agrestisque manus armat sparus. ipse catervis
Vertitur in mediis, et toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum, neque enim labor agmine verso,
Trajicit, et super haec inimico pectore fatur:

Al suol ne prostri moribondi corpi?
Di Clizio il figlio, Eunéo, cade primiero,
Dalla lunga asta trapassato il petto:
Rivi ei sgorga di sangue, e la sanguigna
Terra rabido morde, voltolandosi
Sovra l'aspra sua piaga. Indi è trafitto
Liri; e Pagaso inoltre: l'un, mentr'egli
Dal sotto-ucciso suo destrier giù quasi
Caduto, nelle redini appigliavasi;
L'altro, mentr'ei del primo alla caduta
Sottentra, sostentandolo con molle
Mano: ambo uccisi parimente a un tratto
Cadono, a terra. A questi, ella v'aggiunge
D'Ippota il figlio, Amastro: e forte incalza
Arpálico con l'asta, e Tereo, e Cromi,
E Demofonte. Ad ogni stral, che avventa
Di sua mano la vergine tremenda,
Cade un Frigio guerriero. Orníto passa
Sovra un destrier d'Apulia: in caccia esperto,
Più che in battaglia è questi: ammanto ei fassi
D'una taurina pelle all'ampie spalle;
Elmo al capo gli è il teschio d'un gran lupo,
A fauci aperte digrignante i denti;
Con man brandisce agreste ronca. Ei scorre
Fra le sue torme, sovra cui grandeggia
L'intera testa. Il vede, il giunge, il fere,
Fugati i suoi, Camilla a un punto; e irata,

Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?
Advenit qui vestra dies, muliebribus armis
Verba redargueret. nomen tamen haud leve patrum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.
Protinus Orsilochum, et Buten, duo maxima Teucrum
Corpora; sed Buten adversum cuspide fixit
Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Lucent, et laevo dependet parma lacerto:
Orsilochum fugiens, magnumque agitata per orbem,
Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.
Tum validam perque arma viro, perque ossa securim,
Altior insurgens, oranti, et multa precanti
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoque aspectu territus haesit
Apenninicolae bellator filius Auni;
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant:
Isque ubi se nullo jam cursu evadere pugna
Posse, neque instantem Reginam avertere, cernit;

Così gli parla: Infra tue selve, o Tosco,
Pensavi tu dar caccia a fiere? or giunto
Egli è quel dì, che i vostri motti acerbi
Puniti son per man di donna. All'ombre
Degli avi tuoi pur tu il potrai non lieve
Vanto arrecar, narrando lor, che ucciso
T'ebbe uno strale di Camilla. E quindi
Ratta Orsíloco e Bute, duo gran Teucri
D'alta mole, trafigge: a Bute pianta
La mortal punta infra lorica ed elmo,
Dove appunto la nuca ignuda alquanto
In chi cavalca appar; là, donde appeso
Lo scudo è verso il manco braccio. Inseguela
In ampio giro Orsíloco, ma appieno
Ella il delude, in minor cerchio volta;
Sì, che mentr'egli anco incalzarla crede,
È incalzato da lei. Camilla s'erge
Quanto più può sul suo destriero allora.
E l'armi e l'ossa con la ferrea scure
Frange e disperde, ancorch'ei gridi e prieghi,
Sangue e cervella grondante dal volto.
D'Auno il figlio frattanto, ecco, si abbatte
In essa: stupefatto all'improvvisa
Vista ei riman, benchè a dovizia inganni
Oltre ogni altro alpigian Ligure egli abbia.
Vistosi astretto a inevitabil pugna,
Nè fuggir, nè respinger la imminente

Consilio versare dolos ingressus et astu,
Incipit haec: Quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo? dimitte fugam, et te cominus aequo
Mecum crede solo, pugnaeque accinge pedestri:
Jam nosces, ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acrique accensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque assistit in armis;
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.
At juvenis, vicisse dolo ratus, avolat ipse,
Haud mora, conversisque fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligus, frustraque animis elate superbis;
Nequicquam patrias tentasti lubricu[illegible]rtes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet [illegible]uno.
Haec fatur Virgo, et pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, fraenisque adversa prehensis
Congreditur, poenasque inimico a sanguine sumit;
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto

Guerriera osando, alle fallaci astute
Arti ei si volge, insin che il puote, e grida:
Qual ti fia gloria, o donna, all'agil forza
Del tuo destrier fidandoti, la pugna?
Senza speme di fuga, osa affidarti
In te pur sola: or, via, da corpo a corpo
Meco a tenzon discendi: il vedrai tosto,
Cui laude arrechi il folle vanto. Ei tace:
Ma inacerbita, infuriata, a tali
Detti Camilla, dall'arcion si sferra,
Alla compagna il suo destrier dà in guardia,
E imperterrita a piè, snudato il brando,
Sta col lucido scudo in armi pari
Al provocante Ligure. Allor questi,
Vincitor già stimando esser per fraude,
Non che appiedarsi, senza indugio ei sprona,
Volto il destriero, e a tutta briglia il caccia
Rapidissimo in fuga. Indarno astuto,
Ligure, invan superbo, or già te salvo
Non renderanno al genitor fallace
Le patrie fraudi tue. Sì disse; e a volo
Spiccata già sovra le piante alate,
Ratta più che balen la vergin passa
Già il fuggente corsiero: al fren di piglio
Dà con la manca, se gli avventa a fronte,
E ottien vendetta nel nemico sangue.
Lieve a lei palma, al par che lieve fora

Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensamque tenet, pedibusque eviscerat uncis:
Tum cruor et vulsae labuntur ab aethere plumae.

At non haec nullis hominum sator atque Deorum
Observans oculis, summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum Genitor Tarchontem in praelia saeva
Suscitat, et stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarchon
Fertur equo, variisque instigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans; reficitque in praelia pulsos.
Quis metus, o nunquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
Femina palantes agit, atque haec agmina vertit?
Quo ferrum? quidve haec geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella;
Aut, ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Exspectare dapes, et plenae pocula mensae.
Hic amor, hoc studium; dum sacra secundus aruspex
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

A feroce sparviere a Marte sacro,
D'alta rupe spiccandosi, una imbelle
Colomba aggiunger fra le nubi, e quivi
Cogli artigli afferratala squarciarla,
Sì, che giù sangue e piume il cielo fiocchi.
Ma dall'eccelso Olimpo, ove si asside
Il gran padre degli uomini e dei Numi,
A tante stragi indifferente il guardo
Non volge ei, no. L'ire al Tirren Tarconte
Giove stesso infiammando, oltre l'ha spinto
Dove più fervon l'armi. Infra le stragi,
Fra le squadre ondeggianti, ecco, Tarconte
Sul gran destrier, con varie grida a nome
Ciascuno appella, e incoraggisce, e innanzi
I fuggiaschi rimena: Inerti o voi
Tirreni, o troppo sofferenti ognora,
Qual codardía pur tanta il cor v'invade?
Voi rompe or dunque, e vostre schiere in fuga
Una femmina manda? a che tra mano
Ci stanno i brandi? a che gli strali? Eppure
Veneree pugne al sesso imbelle incontro
Non soglion voi tardi trovar; nè tardi
Ai banchetti, alle danze, ebbevi mai
La tibia molle del festoso Bacco.
Questo è l'ardor, la cura vostra è questa:
Sol che aruspici fausti in selve amene
Facciavi a pingui sagrificj invito.

Haec effatus, equum in medios moriturus et ipse
Concitat, et Venulo adversum se turbidus infert:
Dereptumque ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in coelum clamor: cunctique Latini
Convertere oculos. volat igneus aequore Tarchon,
Arma virumque ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, et partes rimatur apertas,
Qua vulnus lethale ferat. contra ille repugnans
Sustinet a jugulo dextram, et vim viribus exit.
Utque volans alte raptum cum fulva draconem
Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus haesit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squamis, et sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus urget obunco
Luctantem rostro; simul aethera verberat alis:
Haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans. ducis exemplum eventumque secuti

Rampognando così, fra l'oste ei sprona
A risoluta morte; e, pien di sdegno,
Vénulo affronta. Con robusta destra
Ne' fianchi il cinge, e di sella lo sbarbica:
A traverso sel gitta innanzi, e fugge
Portandol seco a tutta briglia. Un grido
Ergesi al ciel: tutti i Latini sguardi
Sieguonlo. Ardente, a vol divora il piano
Tarconte, in grembo e l'uom portando, e l'armi.
Dall'asta indi ei di Vénulo disvelle
La ferrea punta, e farsi via con essa
Tenta nel collo, ove tra ferro e ferro
D'ignuda carne alquanto appaja. Innalza
Contro lui l'altro ambe le braccia, e tenta
Schermendosi respinger l'imminente
Morte. Chi vide ai nembi in mezzo altera
Aquila gir portandosi ampia preda,
Ghermito serpe, e le artigliate spire
Divincolarsi indarno, e indarno il cielo
Ferir cogli alti sibili l'orrenda
Testa eretta vibrantesi; mentr'essa
L'etra vieppiù colle sonanti penne
Flagella irata, e vieppiù dentro incarna
Fra squama e squama il forte rostro adunco:
Visto ha Tarconte ivi portarsen baldo
La ratta preda dal Tiburte stuolo.
Di corso, dietro al suo valor felice,

Maeonidae incurrunt. tum fatis debitus Aruns
Velocem jaculo, et multa prior arte Camillam
Circuit, et, quae sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cunque furens medio tulit agmine Virgo,
Hac Aruns subit, et tacitus vestigia lustrat.
Qua victrix redit illa, pedemque ex hoste reportat,
Hac juvenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, jamque hos aditus, omnemque pererrat
Undique circuitum, et certam quatit improbus hastam.
Forte sacer Cybelae Chloreus, olimque sacerdos,
Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum: quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse, peregrina ferrugine clarus et ostro,
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea vati
Cassida: tum croceam chlamydemque sinusque crepantes
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro;

S'attergano i Meónidi al lor duce.
Arunte allora, a Morte omai devoto,
Di strali e d'arte armato, intorno scorre
Alla ognor velocissima Camilla,
Spiando il modo, ond'ei pur n'abbia palma.
Dovunque in mezzo alle bollenti schiere
Imperversar la vergin vede, ei quivi
La va seguendo tacito, e l'osserva.
Dovunque fuori della mischia ell'esce,
Vincitrice tornandone, si toglie
Tosto di furto il giovin dal suo aspetto,
Torcendo anch'ei sue redini. Ma pure,
Or questi aditi or quelli, da ogni parte
Investigando sempre, al fin trova egli
Maligno mezzo, onde il rio colpo assesti.
Sacro a Cibéle, e sacerdote ad essa
Già stato, iva Cloréo; da lunge insigne
Per le Frigie armi splendide: ei maneggia
Destrier spumante di sudor, cui copre
Una pelle aspra tutta d'aurée scaglie,
Imitanti la piuma. Avvolto ei brilla
In peregrino ostro ferrigno, e vibra
Cretensi dardi da Licio arco d'oro,
Che dagli omeri suonagli: l'elmetto,
Auro è pur fino; auro il fermaglio, ond'egli
In ricche pieghe il lino all'aura gonfio
Dell'ampia crocea clamide imprigiona;

Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum.
Hunc Virgo, sive ut templis praefigeret arma
Troja, captivo sive ut se ferret in auro,
Venatrix, unum ex omni certamine pugnae
Caeca sequebatur, totumque incauta per agmen
Femineo praedae et spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidiis cum tandem, tempore capto,
Conjicit, et Superos Aruns sic voce precatur:
Summe Deum, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Pascitur; et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna;
Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
Omnipotens. non exuvias, pulsaeve tropaeum
Virginis, aut spolia ulla peto: mihi caetera laudem
Facta ferent. haec dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius urbem.
Audiit, et voti Phoebus succedere partem
Mente dedit; partem volucres dispersit in auras.
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,

Non che le vesti, gli stinieri anch'essi,
Da dotto ago barbarico trapunto.
Dietro a costui Camilla, (o l'armi Teucre
Appender voglia in voto ai Numi, o voglia
Delle predate aurate spoglie ornarsi
Poscia ella stessa in caccia) a costui dietro
Ciecamente scagliavasi per tutto,
Lui sol vedendo, e con donnesco ardore
Solo (incauta) anelando all'alta preda.
L'insidíoso Aruntè il punto al fine
Trova opportuno, e al Cielo esclama: O sommo
Fra i Numi tu, del sacro tuo Soratte
Custode Apollo; a cui serviam sovr'ogni
Gente pur noi, che in nostra fe securi
Su le a te consecrate ardenti brage
Stampare osiam religíose piante;
Tu ne concedi, alle nostr'armi or torre
Questa ignominia. Riportar non chieggo
Della vinta donzella, io no, trofeo,
Nè spoglia alcuna: di mie prische imprese
Bastami il grido: di mia man sol caggia
Costei; senz'altra palma, al tornar mio
Inonorato accolganmi in lor grembo
Le patrie mura. Udito ha Febo il voto;
E l'esaudisce in parte, e in parte a volo
Il disperde per l'aure. A lui concesso
Vien d'atterrar, con improvviso colpo,

Annuit oranti: reducem ut patria alta videret,
Non dedit; inque Notos vocem vertere procellae.
Ergo, ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Convertere animos acres, oculosque tulere
Cuncti ad Reginam Volsci. nihil ipsa nec aurae,
Nec sonitus memor, aut venientis ab aethere teli;
Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Haesit, virgineumque alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidae comites, dominamque ruentem
Suscipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns,
Laetitia mistoque metu: nec jam amplius hastae
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuo in montes se se avius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnove juvenco,
Conscius audacis facti; caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, silvasque petivit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusque fuga, mediis se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter

Morta Camilla; ma negato viengli
Il ritornar nell' alta patria; vano
Desire al vento. Saettato appena
Su l'etra egli ha il fischiante alato strale,
Che i Volsci tutti e gli occhi e il core han volto
Nella Regina, intenti. Ma non ode
Ella, nè il sibilar del già vegnente
Stral, nè fragore alcuno ode nell' aura,
Sin che piantarsi nella ignuda mamma
L' asta ella sente, che il virgineo sangue
Tracanna ingorda, ivi addentrata forte.
Le compagne già accorrono, e sostentano
La cadente Regina. Incerto Arunte
Fra la gioja e il timor, sen fugge primo,
Attonito; nè omai nei proprj dardi
Osa affidarsi, nè affrontare i colpi
Della donzella. Come a lupo avviene
Talor, poichè sbranato o un torel pingue
O il pastor stesso egli abbia, anzi che dietro
Senta incalzarsi dai nimici ferri,
Che conscio ei di sua impresa ardita troppo,
Fuor d'ogni via fuggendo all'erta inselvisi
» Serrando al ventre la coda tremante: »
Così, in se stesso pavido, per torsi
Agli altrui sguardi Arunte, del suo scampo
Pago, ei si mischia infra l'armata folla.
La Vergine, con mano moribonda

Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exsanguis: labuntur frigida letho
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic exspirans Accam ex aequalibus unam
Alloquitur; fida ante alias quae sola Camillae,
Quicum partiri curas; atque haec ita fatur:
Hactenus, Acca soror, potui: nunc vulnus acerbum
Conficit, et tenebris nigrescunt omnia circum.
Effuge, et haec Turno mandata novissima perfer:
Succedat pugnae, Trojanosque arceat urbe.
Jamque vale. simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto
Paulatim exsolvit se corpore; lentaque colla,
Et captum letho posuit caput, arma relinquens:
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor
Sidera. dejecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi simul omnis copia Teucrum,
Tyrrhenique duces, Evandrique Arcades alae.

Il dardo estrae; ma sta la ferrea punta
Profondamente infra le coste infissa.
Quindi esanime sviene; e l'occhio appannasi
In morte; e la già rosea guancia, fassi
Gelida neve. Alla più fida e amata
Tra le compagne sue, con cui sempr'ella
Ogni cura ha divisa, ad Acca allora
La morente Camilla così parla:
Fin quì pugnai, sorella; or fera piaga
Mi uccide; e già le tenebre mi assalgono
Per ogni parte. Or tu, ver Turno fuggi,
E questo estremo avviso mio gli reca:
Che alla pugna ei sottentri, e i Teucri addietro
Dalla città respinga. Or vola, e prendi
L'ultimo addio da me. Tra questi accenti
Le si scioglieau di mano appien le redini,
E invan sorretto dalle sue guerriere,
Di sella il pondo del corpo pur cade.
Fassi gelida tutta; abbandonando
Va l'armi, e il capo a poco a poco inchina,
Vinta da morte: e al fine in un sospiro
L'alma sen fugge disdegnosa a Stige.
Un grido immenso allora il ciel percuote;
Aspro vieppiù, Camilla uccisa, ferve
Il battagliar tremendo. Accorron folti,
Tutti in un mucchio, i più de'Teucri, e i duci
Tirreni, e i destrier Arcadi d'Evandro.

At Triviae custos jamdudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas.
Utque procul medio juvenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam;
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces:
Heu! nimium, Virgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello:
Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras:
Non tamen indecorem tua te Regina relinquet
Extrema jam in morte; neque hoc sine nomine lethum
Per gentes erit; aut famam patieris inultae.
Nam quicunque tuum violavit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum.
Hic Dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit, et Aruntem tumulo speculatur ab alto.
Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem;
Cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum,

Ma, esploratrice di Díana, in alta
Cima si sta già da gran tempo immota
Opi, ed osserva la gran pugna. Appena
Gli urli frementi de' guerrier da lungi
Caduta in morte mostrarle Camilla,
Opi un gemito innalza; e dal profondo
Del cor tai voci va traendo: Ahi troppo
Crudo supplizio a te, Vergin, vien dato;
Da iniqui Fati a far tu guerra ai Teucri
Sforzata! Ahi nulla, il seguitar tu in selve
Díana nostra, e la farétra e l'arco,
Misera, a te nulla giovaro! Or pure
Non sarà, no, che inonorata lasci
Te quì morir, nè inulta, la tua Diva.
Fama andranne alle genti; e, qual ch'ei sia
Quei, che ti fe' di mortal piaga oltraggio,
Ne pagherà il dovuto fio, con morte.
Appiè del monte un tumulo alto stava;
Del Laurentino antiquo Re Dercenno
Le sepolte ossa ivi chiudeansi: opaca
D'elci corona avea. Sovr'esso posasi,
Balzata a furia giù dal monte eccelso,
La saggia Ninfa; e quinci ella d'Arunte
I passi indaga. Balenante in armi
Vistolo, e pieno andarsen di se stesso;
Perchè (grida ella) or da me torci il piede?
A me tu il volgi; a me quì vieni a morte:

Huc periture veni; capias ut digna Camillae
Praemia. tune etiam telis moriere Dianae?
Dixit, et aurata volucrem Threissa sagittam
Depromsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita, et manibus jam tangeret aequis,
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
Extemplo teli stridorem aurasque sonantes
Audiit una Aruns, haesitque in corpore ferrum.
Illum exspirantem socii, atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt:
Opis ad aetherium pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, domina amissa, levis ala Camillae:
Turbati fugiunt Rutuli: fugit acer Atinas:
Disjectique duces, desolatique manipli
Tuta petunt; et equis aversi ad moenia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros, lethumque ferentes
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:

Per l'uccisa Camilla avrai quì degna
Mercede tu. Ma, fia pur vero (ahi vile!)
Ch'anco te spengan di Díana i dardi?
Tacque: e qual Tracia Amazone, trascelto
Fuor dell'aurea farétra alato strale,
Dell'arco ella le corna opposte incurva
Sin che fra lor combacinsi: rattiene
Del mortifero ferro in cocca posto
Con la manca la punta; con la destra
La corda insino al petto ella ritraggesi.
Fischiar lo stral, rimbombar l'aure, e il ferro
Nel cor piantarsi sente a un tempo Arunte.
Lui spirante fra gli ultimi singulti
Abbandonan gl'immemori compagni
Nel polveroso campo; e non sau, dove:
Opi già s'erge in ver l'Olimpo a volo.
Della lor duce orbate, fuggon prime
Le lievi squadre di Camilla: in fuga
Vanno atterriti i Rutuli; va in fuga
Il forte Atína. Son dispersi i capi,
Derelitte le insegne; a briglia sciolta
Danno il tergo i destrieri, a porsi in salvo
Sotto le mura. Nè far argin osa
Alcun di loro agli incalzanti Teucri,
Cui precorre la morte: incarco vano,
Gli archi allentati da'stanchi loro omeri
Pendono: e ratte sul terreno udresti

Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.
Volvitur ad muros caligine turbidus atra
Pulvis: et e speculis percussae pectora matres
Femineum clamorem ad coeli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patentes,
Hos inimica super misto premit agmine turba:
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Moenibus in patriis, atque inter tuta domorum
Confixi exspirant animas. pars claudere portas;
Nec sociis aperire viam, nec moenibus audent
Accipere orantes; oriturque miserrima caedes
Defendentum armis aditus, inque arma ruentum.
Exclusi ante oculos lacrymantumque ora parentum,
Pars in praecipites fossas, urgente ruina,
Volvitur: immissis pars caeca et concita fraenis
Arietat in portas, et duros obice postes.
Ipsae de muris summo certamine matres
(Monstrat amor verus patriae) ut videre Camillam;
Tela manu trepidae jaciunt; ac robore duro,
Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis

Galoppeggiando andar l'ugne sonanti.
Vola un torbido nembo d'atra polve
In ver Laurento: dall'eccelse torri,
Oltraggiandosi i petti, odi le madri
Mandar fragor di femminili strida
Fino alle stelle. A quei, che a tutto corso
Giungon primi alle porte spalancate,
Turba ostile incalzante soprarriva;
E in sul confine delle patrie mura,
Su le secure soglie dei lor Lari,
Trovan (miseri!) morte; ivi trafitti,
L'alme spirano. Sbarra altri le porte,
Fuor serrando i compagni, e i preghi loro;
Cui dar non osa orecchio. Lamentevole
Ampia innalzasi strage, e di assaliti,
E di assalenti, furiosi tutti
Su l'armi abbandonandosi. Gli esclusi
Rutuli, parte a precipizio piomba
Nell'alte fosse, dalla calca spinti;
Parte, accecati, a tutta briglia corre
All'alte porte incontro, in cui di cozzo
Quasi aspro aríete dà. Le donne anch'esse,
Cui l'estinta Camilla addoppia il vero
Patrio amore; le donne, in tale estrema
Pugna, con man tremante anco i lor dardi
Scagliano; e alle mancanti ferree punte
Tosto soccorron co'mezz'arsi pali,

Praecipites, primaeque mori pro moenibus ardent.
Interea Turnum in silvis saevissimus implet
Nuncius, et juveni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere infensos hostes, et Marte secundo
Omnia corripuisse; metum jam ad moenia ferri.
Ille furens (nam saeva Jovis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix e conspectu exierat, campumque tenebat;
Cum pater Aeneas, saltus ingressus apertos,
Exsuperatque jugum, silvaque evadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi, totoque feruntur
Agmine; nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Aeneas fumantes pulvere campos
Prospexit longe, Laurentiaque agmina vidit;
Et saevum Aenean agnovit Turnus in armis,
Adventumque pedum, flatusque audivit equorum:
Continuo pugnas ineant, et praelia tentent;
Ni roseus fessos jam gurgite Phoebus Ibero

Di morir ferme in su i ripari prime.
Acerbissimo nunzio, a Turno intanto
Acca giunge, e gli narra il rio scompiglio:
Annullate de' Volsci esser le squadre;
Camilla uccisa; e sovrastar la piena
De' nemici, cui Marte arride in guisa,
Ch' ogni cosa travolta, già già stanno
Sotto alle mura minacciosi. Turno,
Pien di furor, l'aguato e i boschi scabri
Abbandona: a ciò fare i crudi Fati
Del magno Giove il traggono. S'è tolto
Appena ei fuor dell'occupata selva,
E al pian discende, che da opposta parte
Enea co' suoi, già soverchiato il colle,
L'abbandonato aperto bosco varca;
Onde ambo i Duci con lor squadre intere
Spronano a furia in ver le mura. Enea
Sfumarsi innanzi il polveroso nembo
Mira di Turno, che il precorre; e vede
Dei Laurenti l'esercito in distanza:
Turno, de' piedi il calpestío si sente,
E dei cavalli l'alitar, da tergo:
E già quasi il raggiungono; e cónosce
Che a lui co' Teucri il fero Enea sovrasta.
Tosto azzuffarsi ambo vorrían, la sorte
Tentar dell'armi: ma di Febo i lassi
Destrier già presso al vasto Océano Ibéro

Tingat equos, noctemque die labente reducat.

Considunt castris ante urbem, et moenia vallant.

Stan per tuffarsi col fiammante carro,
Cedendo il cielo alla sorgente Notte.
Quindi a difesa delle mura accampa
Turno sott'esse; e in loro offesa, Enea.

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS

LIBER DUODECIMUS

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis; ultro implacabilis ardet,
Attollitque animos. Poenorum qualis in arvis,
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tum demum movet arma leo; gaudetque comantes
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento,
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

DELL' ENEIDE

DI VIRGILIO

LIBRO DUODECIMO

Visto ha Turno i Latini infrante l'alme
Recare, afflitti da infelice pugna;
E tutti omai gli sguardi loro ei vede
In se rivolti, intimatori a lui
Di sue promesse tante. Il cor nel petto
Già gli si addoppia quindi; e, pria ch'uom parli,
Avvampa ei già d'inestinguibil fiamma.
Leon piagato in caccia Affrica vede
Spesso infierir vieppiù, spiegando intera
La tremenda sua forza: eretta scuote
Sue dense giube la cervice, e lieto
Nel fero aspetto impavido, si strappa
L'infisso stral col digrignante ceffo
Insanguinato: or tal, piagato Turno
Nell'immenso suo orgoglio, vieppiù sempre
Inferocisce. Al Re Latin vien egli,

Tum sic affatur Regem, atque ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno: nihil est quod dicta retractent
Ignavi Aeneadae; nec, quae pepigere, recusent.
Congredior: fer sacra, Pater, et concipe foedus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam
Desertorem Asiae, (sedeant, spectentque Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos; cedat Lavinia conjux.
Olli sedato respondit corde Latinus:
O praestans animi juvenis, quantum ipse feroci
Virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est
Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu: nec non aurumque animusque Latino est.
Sunt aliae innuptae Latio, et Laurentibus agris;
Nec genus indecores. sine me haec haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: simul haec animo hauri.
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat, idque omnes Divique hominesque canebant.

E gli favella in tai superbi accenti:
È presto ognora Turno: invan gl'imbelli
Teucri ridirsi e ricusar la pugna
Convenuta, ardirebbero: alla pugna,
Eccomi, vengo: il sagrificio, i patti,
Ne appresta, o Re; sian testimonj immoti
D'essa i Latini. O ch'io, con questa destra,
Manderò il Teucro esûl dell'Asia a Stige,
Col sol mio ferro il comun nostro oltraggio
Vendicando; o di me vincitor egli,
Sposa avrassi Lavinia. A lui risponde
Il Re, con placid'animo: O tu, d'alti
Sensi non men che di valor feroce,
Giovane senza pari; a me si aspetta
Con cura molta, e assai prudenza, or tutti
Pesar tuoi rischj, e provveder sagace.
Tuttora il regno del tuo padre Dauno
Intero hai tu; molte cittadi inoltre,
Cui ti acquistava il valor tuo. Non manca
Nè l'auro pure a me finor, nè il core.
Il Lazio e i campi di Laurento han pure
Altre vergini in copia, illustri anch'esse.
Concedimi or, ch'io senza vel nessuno
Apra a te il ver, benchè spiacente; e fanne
Tesoro tu. Ch'io non dovea mai sposa
Mia figlia dare a niun Ausonio prisco,
Da gran tempo ammonito uomini e Dei

Victus amore tui, cognato sanguine victus,

Conjugis et moestae lacrymis, vincla omnia rupi:

Promissam eripui genero, arma impia sumpsi.

Ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur

Bella, vides; quantos primus patiare labores.

Bis magna victi pugna, vix urbe tuemur

Spes Italas: recalent nostro Tiberina fluenta

Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.

Quo referor toties? quae mentem insania mutat?

Si Turno exstincto socios sum accire paratus;

Cur non incolumi potius certamina tollo?

Quid consanguinei Rutuli, quid caetera dicet

Italia, ad mortem si te (fors dicta refutet)

Prodiderim, natam et connubia nostra petentem?

Respice res bello varias: miserere parentis

Longaevi, quem nunc moestum patria Ardea longe

Dividit. Haudquaquam dictis violentia Turni

Aveanmi già. Conquiso io dall'affetto,
Ch'a te porto; conquiso anco dai nodi
D'affinitade anterior fra noi,
Come dai mesti pianti dell'amata
Mia consorte; troncando ogni legame,
Tolsi al genero Enea la già promessa
Figlia, ed empio impugnai contr'esso l'armi.
Quai sventure, qual guerra io m'abbia, o Turno,
Da quel dì, ben tu il vedi; in aspri guai
Tu immerso pure. Già due volte vinti
Fummo in campal giornata: a stento in queste
Mura gl'Itali avanzi or difendiamo:
Latino sangue il Tebro scorre; il piano,
Vasto quant'è, delle insepolte nostre
Ossa ci biancheggia. Omai, che ondeggio incerto?
Che più mi cangio omai? S'io presto a farmi,
Estinto Turno, altri alleati e amici
Pur sono; or perchè pria, vivo ed illeso
Turno per anco, ogni contrasto appieno
Non tolgo? I nostri Rutuli, e l'intera
Italia, or che diran se a morte io traggo
Te, Turno, (il ciel nol voglia!) mentre in sposa
La figlia mia tu chiedi? Ah, tu ben pesa
Le vicende di guerra; pietà senti
Del tuo canuto genitore, afflitto
D'Ardéa fra i muri, da te lungi or tanto.
Ma già per questi detti non si piega

Flectitur: exsuperat magis, aegrescitque medendo.

Ut primum fari potuit, sic institit ore:

Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me

Deponas, lethumque sinas pro laude pacisci.

Et nos tela, Pater, ferrumque haud debile dextra

Spargimus, et nostro sequitur de vulnere sanguis.

Longe illi Dea mater erit, quae nube fugacem

Feminea tegat, et vanis se se occulat umbris.

At Regina, nova pugnae conterrita sorte,

Flebat; et ardentem generum moritura tenebat:

Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatae

Tangit honos animum; (spes tu nunc una senectae,

Tu requies miserae: decus imperiumque Latini

Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit)

Unum oro: desiste manum committere Teucris.

Qui te cunque manent isto certamine casus,

Et me, Turne, manent: simul haec invisa relinquam

La ferocia di Turno: anzi lo innaspra
Ogni salúbre avviso. Appena loco
Davagli il Re di favellare, ei grida:
Quel, che hai per me timore, ottimo padre,
Per me il deponi; e di mia gloria a patto
Sceglier mi lascia innanzi la mia morte.
Armi ho pur io; miei dardi, il sangue anch'essi
Bevon, scagliati da non fievol destra.
Non sempre, no, colui terrassi al fianco
La Diva madre sua, che il ravviluppi
Fuggitivo tra nembi, ascosa sempre
Sotto vani fantasmi. — Quì interrotto
Vien ei dalla Regina, che piangente,
Ed atterrita dal pugnar novello,
Al bollente suo genero avvinghiavasi
Moribonda ella quasi: Ahi, Turno! io pure,
Sì, per queste mie lagrime, pel mio
Onor, (se a te d'Amata l'onor cale)
Io pur te prego: unica speme omai
Di mia vecchiezza tu; di me infelice
Omai tu solo appoggio; e appoggio e lustro
Tu della intera mia cadente casa;
Di non venirne più co'Teucri a pugna,
Ciò sol ti chieggo. Qual che a te si aspetti
Fato, in tal guerra, o Turno, a me pur anco
Si aspetta: in un con te, fia pur ch'io sfugga
Quest'abborrita luce. Enea, no, mai

Lumina, nec generum Aenean captiva videbo:
Accepit vocem lacrymis Lavinia matris,
Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem
Subjecit rubor, et calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur; vel mista rubent ubi lilia multa
Alba rosa: tales Virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitque in Virgine vultus:
Ardet in arma magis: paucisque affatur Amatam:
Ne, quaeso, ne me lacrymis, neve omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem,
O mater: neque enim Turno mora libera mortis.
Nuncius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer: Cum primum crastina coelo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucros agat in Rutulos: Teucrum arma quiescant,
Et Rutulum; nostro dirimatur sanguine bellum:
Illo quaeratur conjux Lavinia campo.

Haec ubi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit;
Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes,

Suocera avrà me prigioniera e vinta.
Lavinia, al favellar materno, irriga
Di un mar di pianto le infiammate guance.
Tutto avvampante di modesto fuoco
Vedesi il volto verginale; appunto
Qual fora Indico avorio in ostro tinto,
O intatto giglio al rosseggiar frammisto
Di ardenti rose. Ebro d'amore, affissi
Turno tien gli occhi nella vergin bella;
Quindi il furor di guerra ognor più l'arde,
E breve ei parla alla Regina: O madre,
Deh col tuo pianto, e cogli augurj infausti,
A me tu scorta or non ti fare; or, quando
Combattitore a duro Marte io scendo:
Ch'io pur nol posso differir, quand'anco
Perir vi debba. Or nunzio, Idmon, tu vanne
Al Frigio Re, con questi, a lui per certo
Non accetti, miei sensi: Omai non egli,
Al riaprir della rosata Aurora,
Non più spinga ne'Rutuli i suoi Teucri:
Posi e l'una e l'altr'oste: appien domane
Il sangue nostro al guerreggiar dia fine:
Lavinia in campo al vincitor sia preda.
Rapidamente involasi, ciò detto,
Ver la sua stanza, ove alteramente ei tosto
Chiede il carro di guerra. Ardenti innanzi
Venirgli mira, e in rimirarli ei gode,

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia:

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Circumstant properi aurigae, manibusque lacessunt

Pectora plausa cavis, et colla comantia pectunt.

Ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco

Circumdat loricam humeris: simul aptat habendo

Ensemque, clypeumque, et rubrae cornua cristae:

Ensem quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti

Fecerat, et Stygia candentem tinxerat unda.

Exin, quae in mediis ingenti adnixa columnae

Aedibus astabat, validam vi corripit hastam,

Actoris Aurunci spolium, quassatque trementem

Vociferans: Nunc, o nunquam frustrata vocatus

Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,

Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,

Loricamque manu valida lacerare revulsam

I be' destrieri, cui da Orizia stessa
In nobil dono avea Pilunno: è vinta
Dal lor candor la intatta neve; il sono
Da lor rattezza, l'aure. Ad essi intorno
Si affaccendan solleciti i garzoni,
Gli ampj petti palpando con le palme,
E pettinando e lisciando i lor folti
Crini indocili ergentisi. Si adatta
La gran lorica agli omeri ei frattanto,
D'auro aspra tutta e d'oricalco: a un tempo
Si va assestando e la spada e lo scudo
E del cimier le rosseggianti penne:
La spada, è quella, che al suo padre Dauno
Già diè Vulcano, di sue man fattura,
Attuffata rovente in grembo a Stige.
Afferra al fin sdegnosamente Turno
L'asta robusta, che appoggiata sta
Nel mezzo d'ampio portico a un'immensa
Colonna. Spoglia dell' Aurunco Attórre,
Da lui domato, è questa: or la brandisce
Egli all'aure, gridando: O valid'asta,
O, mai da me non invocata indarno,
Del tuo grand'uopo è il giorno. Incarco degno
Del magno Attór fosti alla destra; il sei
Alla destra or di Turno: asta, nel core
Piantati al Frigio effeminato; abbatti
Quel corpo al suol, sì, ch'io con forte mano

Semiviri Phrygis, et foedare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.
His agitur Furiis: totoque ardentis ab ore
Scintillae absistunt: oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cum prima in praelia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco; ventosque lacessit
Ictibus, et sparsa ad pugnam proludit arena.

Nec minus interea maternis saevus in armis
Aeneas acuit Martem, et se suscitat ira,
Oblato gaudens componi foedere bellum.
Tum socios, moestique metum solatur Iuli,
Fata docens: regique jubet responsa Latino
Certa referre viros, et pacis dicere leges.

Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant:
Campum ad certamen, magnae sub moenibus urbis,
Dimensi, Rutulique viri, Teucrique parabant:

Smagliargli io possa la lorica, io trarlo
Per le olezzanti inanellate imbelli
Chiome, in vil polve insordidato. Invaso
Di cotai Furie tutto, il fiammeggiante
Volto scintilla, gli scintillan gli occhi.
Bollenti brage. Indomito, rabbioso
Tauro, in tal guisa, alla battaglia sfida
Il suo rivale, in spaventevol suono
Mugghiando: or contro un tronco aguzza l'ire,
Or con robuste corna all'aure vane
Cozza, preludio d'aspra pugna; e a cerchio
Gran sabbia spande col picchiante piede.
Ma, d'altra parte, non men fero intanto
Sorge a battaglia Enea nelle materne
Armi; e, in se lieto del proposto scontro
Onde aver fin dovrà la guerra, ei pure
In suo coraggio freme. I Teucri, e il mesto
Tremante Ascanio egli consola, e affida
Coi Fati, ond'è presago. Al Re Latino
Nunzj invía, che in suo nome accettin tosto
La disfida di Turno in un coi patti.
Sorgea, de'monti ad inaurar le cime
Il Sole, appena appena fuor dell'onde
Spuntando i capi e le fiammanti nari
Di sua ratta quadriga: e già nel piano,
Sotto alle mura di Laurento eccelse,
Vasto agone a battaglia ivan partendo

In medioque focos, et Dis communibus aras
Gramineas. alii fontemque ignemque ferebant
Velati lino, et verbena tempora vincti.
Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis
Agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis
Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis:
Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
Pugna vocet: nec non mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant ostroque decori,
Et genus Assaraci Mnestheus, et fortis Asylas,
Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
Utque dato signo spatia in sua quisque recessit;
Defigunt tellure hastas, et scuta reclinant.
Tum studio effusae matres, et vulgus inermum,
Invalidique senes, turres et tecta domorum
Obsedere: alii portis sublimibus astant.

At Juno ex summo, qui nunc Albanus habetur,
(Tunc neque nomen erat neque honos aut gloria monti)
Prospiciens tumulo, campum spectabat, et ambas
Laurentum Troumque acies, urbemque Latini.

Rutuli e Teucri. Han di cespugli erette
L'are agli Dei, d'ambe le parti al pari
Ora invocati: altri le fiamme e il puro
Fonte vi arrecan, di verbéna cinti
Le tempia ascose sotto bianco velo.
Il denso Ausonio esercito in lungo ordine
D'astate schiere, fuori esce dall'ampie
Porte: dai campi lor si scaglian fuori
Quanti son quinci e quindi e Teucri e Etruschi,
Sott'armi varie, a tutto ferro in atto
Di battaglia addobbati; e i duci anch'essi,
Trascorrendo quà e là, tutto ostro ed auro,
A lor migliaja in mezzo; il forte Asíla,
E, di Assáraco prole, il gran Mnestéo,
E, de' cavalli il domator, Messápo,
Nettúnio germe. Udito il cenno appena,
Infra lo spazio a lor prefisso schierasi
L'uno esercito e l'altro: abbassan quindi
Gli scudi, e piantan nel terreno l'aste.
Allor le donne curíose, il volgo
Inerme, i tardi vecchi, in folla intenti
E su le torri e su i privati tetti,
Sorgono; ed altri all'alte porte in cima.
Ma Giuno intanto, a sommo un colle (Albano
Ora chiamato, innominato e oscuro
Allora) quinci rimirando stava
E Laurento, e gli eserciti, ed il campo.

Extemplo Turni sic est affata sororem
Diva Deam, stagnis quae fluminibusque sonoris
Praesidet: hunc illi rex aetheris altus honorem
Juppiter erepta pro virginitate sacravit:
Nympha decus fluviorum, animo gratissima nostro,
Scis ut te cunctis unam, quaecunque Latinae
Magnanimi Jovis ingratum ascendere cubile,
Praetulerim, coelique libens in parte locarim:
Disce tuum, ne me incuses, Juturna, dolorem.
Qua visa est Fortuna pati, Parcaeque sinebant
Cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi:
Nunc juvenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarumque dies, et vis inimica propinquat.
Non pugnam aspicere hanc oculis, non foedera possum.
Tu pro germano, si quid praesentius audes,
Perge: decet. forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea, cum lacrymas oculis Juturna profudit,
Terque quaterque manu pectus percussit honestum.
Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Juno:

Tosto così la Dea parla a Giuturna;
Ninfa, che a Turno è suora; a cui diè Giove;
Del virginal rapito fiore in prezzo,
L'alto dominio dei sonanti fonti
E dei laghi, ivi presso: Onor dell'onde,
Amatissima Diva, il sai ch'io sempre,
Fra quante altre Latine al letto infido
Asceser mai del magno Giove, io sempre
Cara m'ebbi te sola, e ch'io pur darti
Seggio volli nel Cielo: odi or, Giuturna,
Se innocente son io del fier martíro,
Che a te sovrasta. Io le tue mura, il tuo
German, protessi io sempre, infin che parve
Comportarlo Fortuna, infin che piacque
Alle Parche il concedere che in fiore
Durasse il Lazio: a disugual tenzone
Or veggo il giovin correre, e appressarsi
Il giorno estremo ed i nemici Fati:
Non posso io, no, tal pattuita iniqua
Pugna mirar cogli occhi miei. Tu suora
Di Turno, ove giovargli in guisa alcuna
Osassi tu, tentalo, il puoi. Fia forse
Sorte concessa ai miseri men dura.
Così Giuno parlavale; ed in pianto
Prorompendo Giuturna, al vago petto
Fea d'aspri colpi replicato oltraggio.
Giunon ripiglia: Or, non di pianger tempo;

Accelera, et fratrem, si quis modus, eripe morti:

Aut tu bella cie, conceptumque excute foedus.

Auctor ego audendi. sic exhortata reliquit

Incertam et tristi turbatam vulnere mentis.

Interea reges, ingenti mole Latinus

Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum

Aurati bis sex radii fulgentia cingunt;

Solis avi specimen: bigis it Turnus in albis,

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,

Sidereo flagrans clypeo, et coelestibus armis.

Et juxta Ascanius, magnae spes altera Romae.

Procedunt castris: puraque in veste sacerdos

Setigerae foetum suis, intonsamque bidentem

Attulit, admovitque pecus flagrantibus aris.

Illi ad surgentem conversi lumina Solem,

Tempo è d'oprar sollecita, e sottrarre,
Se riman mezzo, il tuo fratel da morte;
S'altro non puoi, tu del duello i patti
Infrangi prima, ed a battaglia intera
I guerrier tutti spingi. Osalo: il voglio.
Poi che in tai detti incoraggita l'ebbe,
Lasciolla: incerta, e in duolo acerbo immersa
Rimaneasi la Ninfa. — Ma, già in campo
Scesi i Re sono. Ecco, Latin, sovr'alto
Carro pomposo, a cui si aggiogan quattro
Destrier superbi: al capo intorno intorno
Sei raggi e sei, sfolgoreggianti in auro,
Del Sole, origin di sua stirpe, gli almi
Aviti raggi imitano: lo segue
Turno, cui tiran due destrier di neve,
Mentre in sua mano ei di ferrati dardi
Una coppia brandisce. Entra nel campo
Per altra parte Enea, del buon Romano
Sangue alma fonte: il ciel tutt'arde ai lampi
Di sue sacre armi e del divino scudo.
Al fianco ha Giulio, della eccelsa Roma
Speme seconda. Inoltransi: in ammanto
Candido, viene il Sacerdote all'are
Ardenti già, traendovi le vittime
Consecrate; una intonsa pura agnella,
E di una scrofa setolosa il parto.
Volgono i Re ver l'Oriente gli occhi;

Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis, et haec mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores;
Et pater omnipotens, et tu Saturnia Juno;
Jam melior, jam, Diva, precor: tuque inclyte Mavors,
Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques:
Fontesque, fluviosque voco, quaeque aetheris alti
Relligio, et quae caeruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Convenit Evandri victos discedere ad urbem:
Cedet Iulus agris: nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent, ferrove haec regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
(Ut potius reor, et potius Di numine firment!)
Non ego nec Teucris Italos parere jubebo,
Nec mihi regna peto. paribus se legibus ambae
Invictae gentes aeterna in foedera mittant.

E, farre e sale in pria sparso su i capi
Delle vittime, accennan coi lor brandi
Delle cervici a sommo, ove a ferirle
S'abbia; e su l'are calici poi spandono.
Quindi il divoto Enea, col ferro ignudo,
In questi accenti orava: O Sole, invoco
Te in testimonio; e il sii tu pure, o terra
D'Ausonia, tu che già travagli tanti
A me costasti; e testimon del mio
Giurar, tu pure, omai men fera Diva,
Saturnia Giuno sii; supplice il chieggo:
E tu, gran padre, onnipossente Giove;
Marte, e tu, d'ogni guerra unico Nume:
E voi pur chiamo in testimonj, o Fonti,
O Fiumi, o Stagni, o Deità voi tutte,
E dell'alta etra, e del profondo mare:
Ove d'Enea quì Turno abbiasi palma,
Dovrem noi vinti alla città d'Evandro
Ritrarci; e Ascanio, e i Teucri miei, per sempre
Intera pace a questi campi, a questi
Regni, godersi lascieranno. Ov'abbia
Marte benigno (e tale anzi lo spero,
E il voglian meco i Numi!) a darmi d'esso
Più giusta palma; allor non io per questo
Gl'Itali voglio sottoposti ai Teucri,
Nè a me l'impero arrógo: io sol vo' ch'ambe
Le invitte genti a patti eguali avvinca

Sacra, Deosque dabo: socer arma Latinus habeto;
Imperium sollenne socer: mihi moenia Teucri
Constituent, urbique dabit Lavinia nomen.
Sic prior Aeneas: sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens coelum, tenditque ad sidera dextram:
Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera juro,
Latonaeque genus duplex, Janumque bifrontem,
Vimque Deum infernam, et duri sacraria Ditis.
Audiat haec Genitor, qui foedera fulmine sancit:
Tango aras: mediosque ignes, et numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec foedera rumpet,
Quo res cunque cadent: nec me vis ulla volentem
Avertet; non si tellurem effundat in undas
Diluvio miscens, coelumque in Tartara solvat:
Ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,
Cum semel in silvis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas, et brachia ferro;
Olim arbos, nunc artificis manus aere decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.

Sacra amistade eterna. Il culto, e i Numi
Io darò loro: il sommo impero, e l'armi
Il Re Latin mio suocero ministri:
Fondino intanto i Teucri miei novella
Cittade, ed abbia da Lavinia il nome.
Primo parlava Enea così. Soggiunge
Tosto Latino, al ciel la destra e gli occhi
Ergendo: Io pure, o Enea, per questa terra,
Pel mar, pel cielo, pel bifronte Giano,
Per la gemina prole di Latona,
Per la possanza degli Inferni Iddii,
Pe'feri penetrali ampj di Pluto;
Io pur, quì giuro, e l'are tocco, e attesto
Le avvampanti lor fiamme, i lor gran Numi:
M'oda l'eccelso Genitor, che suole
Sancir col fulmin suo gli umani giuri.
Qual, ch'or l'evento sia, mai non vedranno
Gl'Itali infranta questa pace, mai:
Nè soffrirò che da'miei patti alcuna
Forza giammai me svolga; e tal foss'anco
Sovrana forza, che a stemprar bastasse
Nel mar la terra, o nell'Averno il cielo.
Ah sì, pria questo scettro che in man tengo,
(D'arbor già ramo, in artefatto bronzo
Racchiuso ora, ed incarco ai Re Latini)
Sì, questo scettro pria di fiori e foglie
Rinverdito vedrassi, anzi ch'io manchi

Talibus inter se firmabant foedera dictis
Conspectu in medio procerum: tum rite sacratas
In flammam jugulant pecudes, et viscera vivis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
At vero Rutulis impar ea pugna videri
Jamdudum, et vario misceri pectora motu:
Tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis.
Adjuvat incessu tacito progressus, et aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
Tabentesque genae, et juvenili in corpore pallor.
Quem simul ac Juturna soror crebrescere vidit
Sermonem, et vulgi variare labantia corda;
In medias acies, formam assimulata Camerti,
Cui genus a proavis ingens, clarumque paternae
Nomen erat virtutis, et ipse acerrimus armis,
In medias dat se se acies, haud nescia rerum,
Rumoresque serit varios, ac talia fatur:
Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
Objectare animam? numerone, an viribus aequi

Al presente mio giuro. In cotai detti
Ivan lor patti avvalorando i Regi,
De' Proci in mezzo: svenano essi quindi
Le consecrate vittime, a seconda
Del rito; e dell' estratte palpitanti
Viscere colmi su gli ardenti altari
Offron gli aurei bacini. — Ma incomincia
Già già a parere ai Rutuli tal pugna
Dispari troppo; e gli animi a turbarsi
In lor vieppiù, quanto dappresso i duci
Vedendo più, le disuguali forze
Osservandone vanno. Anco si accresce
Temenza in lor, mirando venir Turno
Con dimessi occhi, tacito, ed in volto
Pallido e smunto in supplice atto all'ara.
Del mormorar de' Rutuli si avvede
Giuturna tosto; e gli animi, che ondeggiano
Dubbj ognora vieppiù, sì ben scorge ella,
Che a vol si scaglia infra le schiere, e assume
Di Camerte il sembiante. Era costui
Di schiatta illustre, e di valente padre
Valentissimo figlio. Ivi frammista
Ai guerrieri Giuturna assai pur dotta,
Sotto il mentito aspetto va spandendo
Varj gridi, così: Vergogna or dunque
Voi non martíra, o Rutuli, in esporre
Per guerrier tanti un sol guerriero a morte?

Non sumus? en omnes et Troes et Arcades hic sunt,
Fatalisque manus, infensa Etruria Turno:
Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad Superos, quorum se devovet aris,
Succedet fama, vivusque per ora feretur:
Nos, patria amissa, dominis parere superbis
Cogemur; qui nunc lenti consedimus arvis.
Talibus incensa est juvenum sententia dictis,
Jam magis atque magis; serpitque per agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini;
Qui sibi jam requiem pugnae, rebusque salutem
Sperabant, nunc arma volunt, foedusque precantur
Infectum, et Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud majus Juturna adjungit, et alto
Dat signum coelo; quo non praesentius ullum
Turbavit mentes Italas, monstroque fefellit.
Namque volans rubra fulvus Jovis ales in aethra,
Litoreas agitabat aves turbamque sonantem

Pari altrui non siam noi, numero e forza?
Ecco, e gli Arcadi, e i Teucri, e le fatali
Tirrene squadre a Turno infeste, or tutti
Eccoli a noi davanti: eppur, se noi
Da corpo a corpo affronteremli, appena
Avrem ciascun con chi azzuffarci. Intanto,
Abbenchè vinto, avrà pur fama Turno,
Ch'ergerallo fra i Numi, a cui se stesso
In voto egli offre; immortal grido avranne:
Noi, che oziosi spettatori in campo
Ci stemmo, privi della patria un giorno,
A Signor feri obbediremo a forza.
A tai detti più ognor serpeggia e cresce
Il dubitare, il susurrar; più accendesi
Infra' giovani Rutuli l'ardire:
E già vanno cangiandosi gli stessi
Laurentini, e Latini. Or dianzi pace
Bramavan tutti, e sicurtade, e posa:
Armi or gridano a gara, e nullo il patto
Braman di Turno, la cui dura sorte
Compiangon già. Vi aggiunge allor Giuturna
Alto celeste e vie maggior portento,
E più opportuno, di quant'altri unquanco
Turbasser le deluse Itale menti.
Volando stava un fulvo augel di Giove
Su per l'etra fiammante, e a se dinanzi
Sonoro stormo di marini augelli

Agminis aligeri; subito cum lapsus ad undas,
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.
Arrexere animos Itali: cunctaeque volucres
Convertunt clamore fugam, mirabile visu,
Aetheraque obscurant pennis, hostemque per auras
Facta nube premunt; donec vi victus, et ipso
Pondere defecit; praedamque ex unguibus ales
Projecit fluvio, penitusque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore salutant;
Expediuntque manus: primusque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis, inquit, quod saepe petivi.
Accipio agnoscoque Deos: me, me duce, ferrum
Corripite, o Rutuli, quos improbus advena bello
Territat, invalidas ut aves; et litora vestra
Vi populat. petet ille fugam, penitusque profundo
Vela dabit. vos unanimi densate catervas,
Et Regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit, et adversos telum contorsit in hostes

Cacciava al lido in fuga: ecco, ad un tratto
Piombar nell'onde l'aquila, e coi feri
Adunchi artigli un maestoso cigno
Afferrato rapire. A cotal vista
Volgonsi intenti gl'Itali. Ma, strano
Prodigio, il dianzi fuggitivo stuolo
Dell'aligera turba, or d'alte grida
L'aure empiendo, si attergan densi in guisa
D'atro nembo al sovrano augel rapace,
E l'incalzano, e sforzanlo a lasciarsi
Cader nell'acque di sua preda il pondo,
E asconder se fra le più eccelse nubi.
L'augurio allora i Rutuli coi gridi
Adorando, a pugnar già omai disposti,
Dall'augure Tolunnio odonsi pria
Parlar così: Questo, ben questo, è il segno
Da' voti miei già sospirato: il Nume
Benigno accetto, e riconosco. O voi
Rutuli, a cui, quasi a palustre stormo
D'imbelli augei, far forza pur si attenta
Empio stranier, che i vostri lidi insulta;
Date or di piglio ai brandi, io son, io, 'l duce:
Ei fuggirassi, e per gl'immensi mari
L'ali sciorrà. Su, vi addensate in nembo
Voi d'unanime guerra; al Re, già quasi
A voi rapito, or sian vostr'armi schermo.
Tolunnio tace: e nelle opposte schiere

Procurrens: sonitum dat stridula cornus, et auras
Certa secat. simul hoc, simul ingens clamor, et omnes
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Una tot Arcadio conjux Tyrrhena Gilippo;
Horum unum ad medium, teritur qua sutilis alvo
Balteus, et laterum juncturas fibula mordet,
Egregium forma juvenem et fulgentibus armis,
Transadigit costas, fulvaque effundit arena.
At fratres, animosa phalanx accensaque luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
Corripiunt, caecique ruunt: quos agmina contra
Procurrunt Laurentum. hinc densi rursus inundant
Troes, Agyllinique, et pictis Arcades armis.
Sic omnes amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras: it toto turbida coelo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:
Craterasque, focosque ferunt. Fugit ipse Latinus,

Suo dardo ei scaglia, e in un se stesso: il cerro
Con fermo vol stridendo l'aure fende.
Suonare il dardo, ed innalzarsi un urlo,
E scompigliarsi le falangi, e in vampe
Scoppiar lo sdegno de'bollenti petti,
È solo un punto. Ivi di contro, in armi
Stavan per sorte i figli di Gilippo
Arcade, a lui della fedel Tirrena
Consorte procreati: ed è il fraterno
Drappello, eletti giovani ben nove.
Di Tolunnio lo strale un di costoro,
Dove il balteo s'affibbia, a mezzo il corpo
Trafigge, e in su l'arena il giovin vago,
Nelle sue splendid'armi morto stende.
Già dei fratelli l'animosa squadra
Inferocita dal dolore, i brandi
Disnudan ratti gli uni, ai dardi gli altri
Dan di piglio, e si avventan, d'ira ciechi,
Ai Laurenti, che anch'essi a lor già sopra
Correan feroci. In folla inondan tosto,
Di quà di là per sostenerli, e i Teucri,
E gli Agillini, e gli Arcadi. Sol una
Brama infiamma ogni esercito, la pugna.
Precipitate a terra l'are; il cielo
Di strali in nembo torbido si addensa,
Onde il ferro diluvia; i sacri fuochi
Son profanati, e i sacri nappi. In fuga,

Pulsatos referens infecto foedere Divos.

Infraenant alii currus, aut corpora saltu

Subjiciunt in equos, et strictis ensibus adsunt.

Messapus regem, regisque insigne gerentem

Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,

Adverso proterret equo: ruit ille recedens,

Et miser oppositis a tergo involvitur aris

In caput, inque humeros. at fervidus advolat hasta

Messapus, teloque orantem multa trabali

Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:

Hoc habet, haec melior magnis data victima Divis.

Concurrunt Itali, spoliantque calentia membra.

Obvius ambustum torrem Chorinaeus ab ara

Corripit, et venienti Ebuso, plagamque ferenti

Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,

Nidoremque ambusta dedit. super ipse secutus

Caesariem laeva turbati corripit hostis,

Impressoque genu nitens, terrae applicat ipsum;

Ecco, il Re stesso andarne, e gli oltraggiati
Numi portarsen dell'infranto patto.
Chi a furia al carro i suoi destrieri aggioga:
Chi balza in sella e snuda il brando e corre.
Impaziente di pugnar, Messápo
Spinge a volo il corsier contro al Tirreno
Auleste Re, delle sue regie insegne
Fregiatosi: atterrito, Auleste arretrasi,
E infra gli altari, che a lui stan da tergo,
Avviluppasi, misero; e cadendo
Percuote in essi il capo. Ma già sopra
Gli sta Messápo fervido, con l'asta,
E dal destrier sublime con l'immensa
Ferrata trave in terra lo conficca,
Ai preghi suoi sol rispondendo: Muori;
Vittima tu, più grata ai sommi Dei.
Di Messápo su l'orme, Itali a gara
Dispoglian già le ancor tiepide membra
D'Auleste. Afferra Corinéo dall'are
Uno stizzo mezz'arso ancor fiammante,
E il caccia in volto ad Ébuso, che viengli,
Per lui piagare, incontro. Avvampa tosto
Inarsicciata fumida la barba
Prolissa e molta d'Ébuso: e mentr'egli
Turbato ondeggia, gli ha nel crin piantata
Corinéo la man manca, onde lo atterra;
E sul corpo pontando col ginocchio,

Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primaque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superimminet: ille securi
Adversi frontem mediam mentumque reducta
Disjicit, et sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, et ferreus urget
Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque suos clamore vocabat.
Quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras! ictum jam foedus, et omnes
Compositae leges: mihi jus concurrere soli:
Me sinite, atque auferte metus. ego foedera faxo
Firma manu: Turnum jam debent haec mihi sacra.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta;
Quis tantam Rutulis laudem, casusne, deusne,
Attulerit; pressa est insignis gloria facti:
Nec se se Aeneae jactavit vulnere quisquam.

Da un fianco all'altro con la spada il passa.
Also, pastor, che in prima schiera fugge
Tra dardi e dardi, vedesi incalzato
Da Podalirio, che col brando ignudo
Soprarrivagli già: rivoltosi Also,
Con la scure gli spacca in due la testa,
Giù dalla fronte al mento. Irríga l'armi
Il sangue a rivi; e in sempiterna notte
Chiuse ha le luci Podalirio. — Intanto,
Religioso, iva brandendo in alto
La inerme destra, Enea; senz'elmo, in suono
Minaccevole, ai suoi gridando a un tempo:
Dove correte? or, qual repente insorge
Cagion di guerra? a freno, a fren, deh, l'ire.
È sacro il patto, e n'abbiam ferme appieno
Le leggi invíolabili: a me solo
Lice la pugna omai; me sol si lasci
Combatter quì, senza un timore al mondo.
Convalidar con questa destra i patti,
Ben io saprommi: ostia a me sacra, è Turno.
Fra queste voci sue, stridulo strale,
Ecco, per l'aure ad impiagarlo vola.
Di qual man, di qual arco egli esca, è ignoto.
Gloria ai Rutuli tanta, o il caso, o un Dio
Concedesse, soppressa ognor la fama
Del colpo insigne giacquesi; nè mai
Uom si vantò dell'impiagato Enea.

Turnus ut Aenean cedentem ex agmine vidit,
Turbatosque duces, subita spe fervidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, et manibus molitur habenas.
Multa virum volitans dat fortia corpora letho:
Semineces volvit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos: illi aequore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant: gemit ultima pulsu
Thraca pedum: circumque atrae Formidinis ora,
Iraeque, Insidiaeque, Dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter praelia Turnus
Fumantes sudore quatit; miserabile caesis
Hostibus insultans: spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mixtaque cruor calcatur arena.
Jamque neci Sthenelumque dedit Thamyrimque Pholumq
Hunc congressus et hunc; illum eminus: eminus ambos

Turno, al veder fuor della mischia trarre
Enea ferito, e perturbarsi i Teucri
Suoi duci, ei tosto di novella speme
Fervido avvampa: Armi, e destrieri; ei grida:
Balzato è già sovra il superbo carro;
E, strette in man le redini, qual lampo
Scorrendo intorno, a molti Eroi dà morte;
Molti ei ne stende semivivi: infrante
Le intere file or schiaccia con l'ardenti
Ruote; ora l'aste, che ai fuggenti ei strappa,
Nei fuggenti riscaglia. È tale appunto
Del gelid'Ebro in riva il sanguinoso
Marte, allor ch'efferato, il ferreo scudo
Picchiando, ei spinge a tutta briglia in zuffa
I destrier furibondi: essi, più ratti
E di Noto e di Zefiro, divorano
L'immenso piano; per la Tracia tutta
Lor calpestío sonante alto rimbomba;
Al divin carro intorno, atro corteggio,
Volan l'Ire, e l'Insidie, e il Terror fero.
Spinge or così l'irrequieto Turno
I fumanti cavalli all'armi in mezzo:
Gli uccisi insulta, (miseri!) e di polve
E di sangue e di membra, orrido un misto
Schizzar fan lungi le volanti zampe.
Uccisi ha Turno già, da corpo a corpo,
Tamiri e Folo; ed ha da lungi uccisi

Imbrasidas, Glaucum atque Ladem quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia, paribusque orneraverat armis;
Vel conferre manum, vel equo praevertere ventos.
Parte alia media Eumedes in praelia fertur,
Antiqui proles bello praeclara Dolonis;
Nomine avum referens, animo manibusque parentem:
Qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus:
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio: nec equis adspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
Ante levi jaculo longum per inane secutus,
Sistit equos bijuges, et curru desilit, atque
Semianimi lapsoque supervenit; et pede collo
Impresso, dextrae mucronem extorquet, et alto
Fulgentem tingit jugulo, atque haec insuper addit:
En agros, et quam bello, Trojane, petisti,

Sténelo pria; poi Glauco, e Lade, entrambi
D'Imbraso figli, e di armature uguali
Dal Licio padre in lor partenza ornati;
Perchè al par combattessero, ed al pari
Vinte dai lor destrier lasciasser l'aure.
Per altra parte, ove il pugnar più ferve
Si precipita Euméde: egregia ei vanta
La stirpe in guerra: trae dall'avo il nome;
Dal genitor Dolone, il nerbo e il core;
Da quel Dolon, ch'esploratore al campo
Già inviato de' Greci, ardiva ai Teucri
Dell'oscura opra sua chiedere in prezzo
Del non per anco vinto Achille il carro.
Ma ne ottenn'egli all'ardimento insano
Mercè ben altra dal fero Tidíde;
Nè i destrieri ei chiedea mai più d'Achille.
In questo figlio di Dolone or dunque
Posti appena da lungi ha gli occhi Turno,
Pria col volante dardo ebbel raggiunto;
Gli è sopra quindi co' destrier veloci:
Già gli arresta, giù balza, e in terra il coglie
Steso ferito esanime: gli appunta
Il piè sul collo, e il mal brandito ferro
Dalla destra strappandogli, gliel pianta
Profondamente in gola; e in un gli grida:
Ecco, o Trojan, que' campi Ausonii tuoi,
Di tua vittoria premio: or misurarli

Hesperiam metire jacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic moenia condunt.
Huic comitem Asbuten conjecta cuspide mittit:
Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Thersilocumque:
Et sternacis equi lapsum cervice Tymoethen.
Ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto
Insonat Aegaeo, sequiturque ad litora fluctus,
Qua venti incubuere; fugam dant nubila coelo:
Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt,
Conversaeque ruunt acies; fert impetus ipsum,
Et cristam adverso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeus animisque frementem:
Objecit se se ad currum, et spumantia fraenis
Ora citatorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetque jugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, et summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen, clypeo objecto, conversus in hostem
Ibat, et auxilium ducto mucrone petebat.

Puoi col tuo corpo tu: mercede è questa
Di chi me provocare osa col brando;
Così voi lascia erger cittadi Turno.
Quindi ad Euméde ei tosto accoppia Asbúte,
Saettandolo; e Cloro anco v'aggiunge,
E Tersíloco, e Sibari, e Daréte;
E Timéte, già in terra: ei v'era dianzi,
Dal suo destriero a capo in giù scagliato.
Come davanti al Tracio Borea l'onde
Dell'alto Egéo sonanti al lido affollansi,
E, donde il fiato impetuoso spira,
Sfuman dal ciel le nubi tutte: or tali,
Davanti a Turno cedono, rivolgonsi,
Romponsi, fuggon le nemiche schiere,
Per tutto, ov'ei la via si schiude. Il porta
Il fero impeto suo; l'aure egli squarcia
Dal ratto cairo col cimier sublime.
Insofferente Fégeo si para
Al suo furor davanti; oso far fronte
Alla volante foga de' destrieri,
Con mano i lor spumosi freni afferra,
Ritorcendoli. Appeso ergesi tutto
Dall'erte lor cervici, e strascinato
Ne va così, gran tratto: intanto arrivagli
La lunga lancia di Turno, che passa
Per la doppia loríca, e a fior di pelle
A piagarlo pur giunge. Fégeo allora

Cum rota praecipitem, et procursu concitus axis
Impulit, effuditque solo: Turnusque secutus,
Imam inter galeam, summi thoracis et oras,
Abstulit ense caput, truncumque reliquit arenae.

Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Aenean Mnestheus, et fidus Achates,
Ascaniusque comes castris statuere cruentum;
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
Saevit, et infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque viam, quae proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus, telique latebram
Rescindant penitus, seseque in bella remittant.
Jamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapys
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera laetus Apollo
Augurium citharamque dabat, celeresque sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usumque medendi

Lascia i destrieri onde allentato ha il corso,
Con brando e scudo andando a Turno addosso;
E ajuto intanto iva chiedendo a' suoi.
Ma a terra lo precipita la ruota;
E, ratto al par del fervid'asse, Turno
Dove confina alla corazza l'elmo
La fera spada intromettendo, ei spicca
Di Fégeo il capo, e lascia in campo il tronco.
Mentre così fra stragi Turno vince,
Dal fido Acáte e da Mnestéo, vien tratto
Ver le sue tende Enea, sangue grondante.
E Ascanio al fianco gli è, mentr'ei su l'alta
Asta appoggiato a gran stento strascinasi.
Freme Enea dell'ostacolo, ed a forza
Strappar vuol dalla piaga il rotto dardo.
Solo rimedio il più spedito ei stima:
Allarghingli col ferro pur la piaga
Cotanto addentro, che n' estraggan tosto
La punta ostil: pur che in battaglia ei rieda.
Ecco, per medic' arte accetto a Febo
Japi, più ch'altri assai: di Giaso è figlio:
Preso di lui già fortemente Apollo,
L'arti sue somme in don gli offría; la cetra,
Il vaticinio, e l'infallibil arco.
Ma Japi, al padre Giaso a morte infermo
Protrar volendo i giorni, il don prepose
Di ben scerner dell'erbe le virtudi,

Maluit, et mutas agitare inglorius artes.
Stabat, acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno juvenum, et moerentis Iuli
Concursu, lacrymis immobilis. Ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phoebique potentibus herbis
Nequicquam trepidat, nequicquam spicula dextra
Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit; nihil auctor Apollo
Subvenit: et saevus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiusque malum est. jam pulvere coelum
Stare vident; subeunt equites, et spicula castris
Densa cadunt mediis: it tristis ad aethera clamor
Bellantum juvenum, et duro sub Marte cadentum.
Hic Venus, indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, et flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres haesere sagittae.

E la vitale medica scienza;
Pago l'umil suo cor d'un' arte muta.
Ad ambe mani Enea pontando stassi
Su l'asta poderosa, in doglie acerbe:
A ciglio asciutto, immobil sta fra i lai
De' suoi Teucri e d'Ascanio, ond'ei si accerchia.
Succinto in veste, alla Peonia foggia,
L'esperta mano va adoprando indarno
L'antico Japi, e le Febée possenti
Medich'erbe: sta saldo in piaga il ferro,
E niega indocil le tenaci force
Seguire. Omai vien meno e l'arte e Apollo:
E vieppiù sempre intanto in campo cresce
La fera pugna; e già s'inoltra. Un nembo
Già già di polve al padiglion dintorno
L'aure offusca: venir ver essi in corso
Odon cavalli, e in mezzo al campo dardi
Veggion cader; de' vincitor giá gli urli,
Già i sospir de' morenti, in tristo suono
Quivi assordano l'etra. — Al fin si sdegna
Citeréa, che a soffrir doglia cotanta
Abbia il suo figlio dall'ignobil piaga.
Di sua mano ella stessa in Creta quindi
Coglie dittamo Idéo; stelo, su cui
Purpureo fior tra foglie adulte olezza:
Erba salúbre, alle selvagge capre
Ben nota allor che infisso telo impiaga

Hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
Detulit; hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit, occulte medicans: spargitque salubris
Ambrosiae succos, et odoriferam panaceam.
Fovit ea vulnus limpha longaevus Iapys
Ignorans: subitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor: omnis stetit imo vulnere sanguis:
Jamque secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque novae rediere in pristina vires.
Arma citi properate viro: quid statis? Iapys
Conclamat, primusque animos accendit in hostes.
Non haec humanis opibus, non arte magistra
Proveniunt, neque te, Aenea, mea dextera servat:
Major agit Deus, atque opera ad majora remittit.
Ille avidus pugnae, suras incluserat auro
Hinc atque hinc; oditque moras, hastamque coruscat.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaque tergo est;

Il tergo loro. Acchiusa in folta nube
Venere arreca il dittamo, e di furto
Entro le medich'acque, ond'eran colmi
Quivi molti aurei vasi, ebbelo infuso,
Misto pur di odorosa panacéa,
E d'almi sughi d'ambrosia celeste.
Japi nol sa: prosiegue ei con la tremula
Sua destra a fomentar pur di quell'acque
La piaga: ecco, sparirne a un tratto il duolo,
Stagnarsi il sangue, e fuori uscir dall'imo
Della ferita lo spontaneo strale
Lieve lieve alla man di Japi dietro:
E risanato interamente a un tratto
Resta Enea. L'armi, su, l'armi all'Eroe
Rechinsi tosto; or, che indugiate? Esclama
Japi: e di Japi al grido, i Teucri in guerra
Si riaccendon già. Prosegue ei quindi:
No, l'arte mia non è, non la mortale
Mia destra, ch'oggi te risana, Enea;
Sovruman'arte di sovrano Nume
Te salva; e in campo a vieppiù eccelse imprese
Or ti rimanda. Il magno duce avvampa
Già di pugnar: ecco, affibbiato ha l'auro
Degli stinieri: ogni ritardo abborre:
L'asta brandisce: agli omeri, ed al fianco
Scudo e loríca, usato incarco, ei torna.
Già, di tutt'arme in punto, Ascanio al petto

Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summaque per galeam delibans oscula fatur:
Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem;
Fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, et magna inter praemia ducet.
Tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
Sis memor; et te, animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Aeneas, et avunculus excitet Hector.
Haec ubi dicta dedit, portis se se extulit ingens;
Telum immane manu quatiens: simul agmine denso
Anteusque, Mnestheusque ruunt; omnisque relictis
Turba fluit castris. tum caeco pulvere campus
Miscetur, pulsuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab adverso venientes aggere Turnus,
Videre Ausonii; gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor. prima ante omnes Juturna Latinos
Audiit, agnovitque sonum, et tremefacta refugit.
Ille volat, campoque atrum rapit agmen aperto.
Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium; miseris, heu! praescia longe
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis; ruet omnia late:

Si stringe ei fra le braccia, e fuor dell'elmo
Fidi baci donandogli: Tu impara,
Giovinetto da me, (gli grida) impara
Da me i travagli e il valor vero: norma
Altri a te dien di prospera fortuna.
Or securtà dalla mia destra in guerra,
Ed alto stato avrai. Tu in breve adulto
Rimembra poi la virtù nostra, e sprone
Ti sieno al cor del genitore Enea,
Dell'avo Ettórre i generosi esempli.
Ciò detto, esce magnanimo dal vallo,
L'immane asta scuotendo: a lui si attergano,
Impetuosa calca, i Teucri, a cui
Son duci Antéo, Mnestéo. Tutto si annotta
Il campo allora in cieca polve: il suolo
Sconvolto trema al calpestío tonante.
Turno, da opposta altura venir vede
Il grand'impeto; il veggono gli Ausonj;
Scorre a ciascun per le midolle un fero
Gelo. De'Teucri passi ode e conosce
Giuturna il suon primiera; e prima fugge
Esterrefatta. A volo Enea s'inoltra
Nell'atro nembo di sua immensa possa.
Qual per l'onde marine scatenato
Turbo sul lido a precipizio piomba,
Messi schiantando ed arbori: terrore
Già dei cultori alle presaghe menti,

Antevolant, sonitumque ferunt ad litora venti.
Talis in adversos ductor Rhoeteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. ferit ense gravem Thymbraus Osirim,
Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates,
Ufentemque Gyas. cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in adversos telum qui torserat hostes.
Tollitur in coelum clamor; versique vicissim
Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neque aversos dignatur sternere morti;
Nec pede congressos aequo, nec tela ferentes
Insequitur: solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Juturna virago
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, et longe lapsum temone relinquit.
Ipsa subit, manibusque undantes flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque, et corpus, et arma Metisci.
Nigra velut magnas domini cum divitis aedes

Pria che incalzando la sonante foga
Dei procellosi venti, orrida strage
Quivi ei recasse: or tale appunto Enea,
L'impetuosa irresistibil densa
Massa guerriera ne i nemici spinge.
Timbréo, di spada, il forte Osíri uccide:
Trafitto Archezio è da Mnestéo; da Gía
Trafitto Ufente, ed Epulon da Acáte.
Estinto è pur quell'augure Tolunnio,
Che il patto infranger, saettando iniquo,
Ardía primiero. Al suo cader, si estolle
Al ciel di grida alto fragore; e in rotta
Fuggiaschi allora, in polveroso solco
Danno i Rutuli il tergo. Enea non degna,
Nè i fuggenti raggiunger, nè dar morte
A quei, che ancor combatton di piè fermo,
Nè a quei, ch'ancor saettano da lungi:
Sol Turno ei segue a cieca pugna in mezzo;
Turno solo ei ricerca, e Turno appella.
    Quindi atterrita ognor vieppiù Giuturna,
Vien del fratello al carro, e giù balzarne
Fa il suo auríga Mestico, in terra steso
Lungi lasciandol dai destrier veloci:
E in sua vece le redini afferrando,
Salita v'è; gli atti, la voce, il volto,
Al guidatore assimilata. Appunto
Qual rondinella bruna agli atri intorno

Pervolat, et pennis alta atria lustrat hirundo,
Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas,
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Juturna per hostes
Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru:
Jamque hic germanum, jamque hic ostendit ovantem:
Nec conferre manum patitur: volat avia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obvius orbes,
Vestigatque virum, et disjecta per agmina magna
Voce vocat. quoties oculos conjecit in hostem,
Alipedumque fugam cursu tentavit equorum;
Aversos toties currus Juturna retorsit.
Heu! quid agat? vario nequicquam fluctuat aestu:
Diversaeque vocant animum in contraria curae.
Huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
Lenta levis cursu praefixa hastilia ferro,
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, et se collegit in arma,
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum

D'alto edificio signoril svolazza
Di su di giù di picciol esca in cerca,
Ond' ella i suoi garruli nidi impingui;
E schiamazzando e assordando, rimbomba
Or fra gli eccelsi portici, or su l'onde
Di ameni stagni: in cotal guisa intorno
Ai nemici rattissima trascorre
Quà e là Giuturna col volante carro;
Mostra ella Turno trionfante a tutti,
Pugnar nol lascia con alcuno; e tratto
A poco a poco per oblique vie
L'ha della mischia.—Enea, più brevi giri
Facendo interni a vol, venirne ei tenta
Alle fugaci orme di Turno innanzi,
E ad alta voce infra le rotte schiere
Lo va chiamando intanto. Ma, Giuturna,
Venir pedone a se da fronte appena
Da lungi il vede, in tempo ognor rivolti
Ell'ha gli alati corridori altrove.
Or, che farassi Enea? dubbioso ondeggia
In gran tempesta di contrarie brame.
Messápo intanto di due dardi armato
Drizza il corso ad Enea: con ferma destra
Un glie n'avventa; flessile, volante,
E ben ferrata canna. Udíane il fischio
Enea nell'aure: ei tosto stassi, e incurvasi
Rannicchiandosi all'ampio scudo sotto:

Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt irae, insidiisque subactus,
Diversos ubi sensit equos, currumque referri,
Multa Jovem, et laesi testatus foederis aras,
Jam tandem invadit medios, et Marte secundo
Terribilis, saevam nullo discrimine caedem
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine caedes
Diversas, obitumque ducum, quos aequore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu,
Juppiter, aeterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus,
Excipit in latus, et qua fata celerrima, crudum
Transadigit costas et crates pectoris ensem.
Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem
Congressus pedes; hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit; curruque abscissa duorum

Passa l'ardente stral sovr'esso, e abbatte,
L'elmo lambendo, del cimier le penne.
Or sì davver gli si rigonfia in petto
L'ira; sforzato or dall'insidie altrui,
Quà e là vedendo il fraudolento carro
Di Turno errar, i violati altari
Ne attesta e Giove: e al fin si scaglia ei pure
A intera guerra; incominciando strage
Tremenda, in Marte prospero; a null'uomo
Perdonando egli omai; rotto ogni freno
All'alto furor suo.—Ma, qual mai Nume
Sublimi tanto or spirerammi i carmi
Pari alle stragi e ai tanti estinti duci,
Onde a vicenda van coprendo il piano
E Turno e il Teucro Eroe? Sì orrenda pugna
Fra genti, un dì poscia in perpetua pace
Avvinte, allora acconsentisti, o Giove?
Al Rutulo Sucrón, che ostacol primo
Stava de' Teucri all'impeto, la fera
Spada tra costa e costa Enea piantava,
Dove più ratto troncasi la vita.
Turno, pedon balzando, Amíco uccide,
(Trattolo a forza pria giù dal cavallo)
E il suo fratel Dióre; in questo ei spinge,
Per far sì che s'arretri, la lung'asta;
L'altro ei svena col brando: ambe al sublime
Carro ha sospese le già tronche teste

Suspendit capita, et rorantia sanguine portat.

Ille Talon, Tanaimque neci, fortemque Cethegum;

Tres uno congressu, et moestum mittit Onyten;

Nomen Echionium, matrisque genus Peridiae,

Hic fratres Lycia missos et Apollinis agris,

Et juvenem exosum nequicquam bella Menoeten

Arcada; piscosae cui circum flumina Lernae

Ars fuerat, pauperque domus; nec nota potentum

Munera: conductaque pater tellure serebat.

Ac velut immissi diversis partibus ignes

Arentem in silvam, et virgulta sonantia lauro;

Aut ubi decursu rapido de montibus altis

Dant sonitum spumosi amnes, et in aequora currunt;

Quisque suum popolatus iter: non segnius ambo

Aeneas Turnusque ruunt per praelia: nunc, nunc

Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci

Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.

Sangue stillanti, e via le porta a volo.
Ma in un scontro solo Enea trafigge
Tanai, Talóne, e il pro' Cetégo: ad essi
Morto anco aggiunge il mesto Oníte, prole
Della madre Peridia, e onor di Tebe.
E Turno ha uccisi due fratei, che in guerra
Licia invía da' suoi campi a Febo sacri;
E inoltre, il giovin Arcade Menéte,
Indarno alieno dal servire a Marte.
Nascea costui di poveri parenti
Appo l'acque pescifere di Lerna:
Pescando ei quivi, d'ogni pompa ignaro,
Al genitor che gli altrui campi arava,
Coll'arte sua porgea debile ajuto.
Come vorace fiamma, ove da opposte
Parti si appicchi in secca selva ingombra
Di scoppiettanti lauri; ovver, quai gonfj
Precipitosi fiumi rimbombanti
A fronte al pian spumosi concorrendo,
S'apron d'immensa strage orrida via:
Tai nella pugna, impetuosi entrambi,
Inondano trascorrono devastano
Turno ed Enea. Ben ferve, ora ben ferve
Dell'ire lor l'atra tempesta; or vassi
A tutta possa in cieca morte; ha vinte
Il rio furor quelle indomabili alme.
Scaglia Enea su Murrano il turbin fero

Murranum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,
Praecipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effunditque solo: hunc lora et juga subter
Provolvere rotae, crebro super ungula pulsu
Incita nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hyllo, animisque immane frementi
Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te, Graium fortissime Creteu,
Eripuit Turno: nec Di texere Cupencum,
Aenea veniente, sui: dedit obvia ferro
Pectora; nec misero clypei mora profuit aerei.
Te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
Oppetere, et late terram consternere tergo.
Occidis, Argivae quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles.
Hic tibi mortis erant metae: domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.
Totae adeo conversae acies, omnesque Latini,

D'ampio rotante masso, e al suol l'ha steso;
Murran, ch'atavi ed avi e regio antiquo
Latino sangue di vantar non resta.
Fra le ruote e le redini, dal carro
Ei precipita; e involto, strascinato,
L'unghie il calpestan dei destrier suoi stessi,
Che immemori di lui fuggono. Piantasi
Davanti ai passi furiosi d'Ilo
Vegnente a lui di contro, il magno Turno,
E saettando inchiodagli le tempia
Entro l'aurato elmetto. Nè sottratto
T'ebbe, o Cretéo, da Turno la tua destra,
Su l'altre tutte Achive destre invitta.
Nè te, Cupenco, i Numi tuoi salvaro
Dalla spada d'Enea sopraggiungente:
Nulla indugiò, nulla al tuo petto valse,
Del proteso tuo grave scudo il bronzo;
Ahi te infelice! E, dei Laurenti campi
Vasto spazio ingombrando, ivi pur cadi,
O tu, cui mai nè le falangi Argive,
Nè il distruttor di Príamo e di Troja
Achille, unqua domaro; ivi la morte,
Eolo, pur ti aspettava: eccelso ostello
D'Ida alle falde avevi, eccelso ostello
T'era Lirnesso; or tomba è a te Laurento.
Tutte azzuffate, e le Latine schiere
Sono, e le Teucre. Il forte Asíla; il prode

Omnes Dardanidae: Mnestheus, acerque Serestus,
Et Messapus equum domitor, et fortis Asylas,
Tuscorumque phalanx, Evandrique Arcades alae,
Pro se quisque viri, summa nituntur opum vi,
Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt.
Hic mentem Aeneae genetrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros, urbique adverteret agmen
Ocius, et subita turbaret clade Latinos.
Ille, ut vestigans diversa per agmina Turnum,
Huc atque huc acies, circumtulit; aspice urbem
Immunem tanti belli, atque impune quietam.
Continuo pugnae accendit majoris imago:
Mnesthea, Sergestumque vocat, fortemque Serestum,
Ductores, tumulumque capit: quo caetera Teucrum
Concurrit legio: nec scuta, aut spicula densi
Deponunt. celso medius stans aggere fatur:
Ne qua meis esto dictis mora: Juppiter hac stat:
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Urbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
Ni fraenum accipere, et victi parere fatentur,
Eruam, et aequa solo fumantia culmina ponam.

Seresto; le leggiere equestri torme
Dell'Arcadico Evandro; le falangi
Tosche; Mnestéo; Messápo; a prova ognuno
Gl'incessanti inauditi ultimi sforzi
Fan di lor possa: orrida pugna immensa.
Quì improvviso pensiero al figlio Enea
Venere inspira; ch'ei rivolga a fretta
Contro Laurento le sue squadre, e nuovo
Terror con tale inaspettato assalto
Porti ai Latini. Enea, che intorno intorno
Gli occhi intenti inviava pur su l'orme
Di Turno, a un tratto la città vede anco
Tranquilla starsi, impunemente, immune
Da tanta guerra. In lui la brama tosto
Di maggior pugna avvampa. A se chiamati
Ha i duci: ecco, Mnestéo, Sergesto, ed altri,
E Teucri fanti in folla, ampia corona
Fanno, addensata d'aste e dardi e scudi,
Dintorno a lui, che in alto ivi salito
Sovra un tumulo stassi, e a lor favella:
Senza indugiar nè un sol momento, a gara,
Tutti obbediscan me: per noi sta Giove.
Oggi, o Latino e il regno suo dovranno
Da noi ricever giogo, o ch'oggi al suolo
Agguaglierò quelle superbe torri,
Cener farò quella cittade, ond'esce
Ogni seme di guerra. Attender forse

Scilicet exspectem, libeat dum praelia Turno
Nostra pati, rursusque velit concurrere victus?
Hoc caput, o cives, haec belli summa nefandi.
Ferte faces propere, foedusque reposcite flammis.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum; densaque ad muros mole feruntur,
Scalae improviso, subitusque apparuit ignis.
Discurrunt alii ad portas, primosque trucidant:
Ferrum alii torquent, et obumbrant aethera telis.
Ipse inter primos dextram sub moenia tendit
Aeneas, magnaque incusat voce Latinum;
Testaturque Deos, iterum se ad praelia cogi;
Bis jam Italos hostes; haec altera foedera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia cives:
Urbem alii reserare jubent, et pandere portas
Dardanidis, ipsumque trahunt in moenia Regem.
Arma ferunt alii, et pergunt defendere muros.
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
Vestigavit apes, fumoque implevit amaro;

Degg'io, che al fin meco a tenzon venirne
Turno si degni? il di già vinto Turno?
Quella, quella è dell'empia guerra il fonte,
Quella città. Fiaccole or tosto, o Teucri;
La fiamma, il ferro a rimembrar lor venga
Gl'infranti patti. Enea quì tace: e ratti
Di conio in forma ammassansi foltissimi
Guerrieri a gara, e in massa marcian contro
Alle mura. Le scale di repente
Sorgon; repente la minace fiamma
Appare. Altri già volano alle porte,
Trucidandone quanti incontro fansi:
Saettan altri, e de'lor dardi il cielo
Oscurano. Stendendo alta la destra
Ver la città, vien oltre Enea tra i primi;
Contro il Re loro amare grida estolle;
Del già due volte infranto accordo incolpa
Il sol Latino; e i Numi eterni attesta,
Ch'ei di nuovo or lo tragge a forza in guerra.
Fra gli atterriti cittadini insorge
Discorde avviso: spalancar le porte
Gli uni vonno, e su i muri inerme trarre
Lo stesso loro Re: gli altri, a difesa,
Danno all'armi di piglio. In simil guisa
Chiuse di roso masso infra le cieche
Latébre l'api, se il pastor le incalza
Nei lor recessi col nemico fumo,

Illae intus trepidae rerum per cerea castra
Discurrunt: magnisque acuunt stridoribus iras.
Volvitur ater odor tectis: tum murmure caeco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.
Accidit haec fessis etiam fortuna Latinis,
Quae totam luctu concussit funditus urbem.
Regina ut tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignes ad tecta volare;
Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnae juvenem in certamine credit
Exstinctum; et subito mentem turbata dolore,
Se causam clamat, crimenque, caputque malorum:
Multaque per moestum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
Quam cladem miserae postquam accepere Latinae,
Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roseas laniata genas: tum caetera circum
Turba furit: resonant late plangoribus aedes.

Di loro sorte incerte svolazzando
Pe' cerei tetti, stridono furenti
Dall'atro odore inarsicciate: all'aura
Ergesi il fumo e la romba e il ronzío
Dalle cupe caverne rimbombanti.
Ma ai Latini, sì afflitti, altra s'aggiunge
Calamità, che di tumulto e pianto
Tutta riempie la cittade. Appena
Vedea dall'alto la Regina i Teucri
Venir contro Laurento, e già le incese
Tede avventarvi, nol vietando alcuna
Rutula schiera, ella in battaglia spento
Turno estimando, (ahi misera!) dal fero
Duolo improvviso, insana, ella se stessa
Capo, cagion di tanti guai se sola
Ad alta voce accusa. E ognor più sempre
Infuríata urlando, alíenata,
Di dosso al fin la porpora si strappa;
E con rabide mani ne attorciglia
Micidíale infame cappio, a cui
Da un'alta trave accomandato, in preda
Tutto abbandona (infelice!) il suo corpo.
Tal morte udendo le Latine donne,
Prima di tutte agli aurei crini oltraggio
Fa di sua mano, e alle rosate guance,
La sua figlia Lavinia: in stuol fremente
L'accerchian l'altre; e della reggia lungi

Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.
Demittunt mentes. it scissa veste Latinus,
Conjugis attonitus fatis, urbisque ruina,
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans:
Multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean, generumque asciverit ultro.
Interea extremo bellator in aequore Turnus
Palantes sequitur paucos, jam segnior; atque
Jam minus atque minus successu laetus equorum.
Attulit hunc illi caecis terroribus aura
Commistum clamorem, arrectasque impulit aures
Confusae sonus urbis, et illaetabile murmur.
Hei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?
Quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?
Sic ait, adductisque amens subsistit habenis.
Atque huic, in faciem Soror ut conversa Metisci
Aurigae, currumque et equos et lora regebat,
Talibus occurrit dictis: Hac, Turne, sequamur
Trojugenas, qua prima viam victoria pandit:
Sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
Ingruit Aeneas Italis, et praelia miscet.
Et nos saeva manu mittamus funera Teucris.

Gli ululati risuonano. Ne vola
Quindi per tutta la cittade il mesto
Annunzio. Ogni uom perde coraggio. I panni
Si squarcia il Re, la spaventevol morte
Udendo; e in se della rovina intera
Di Laurento presago, il bianco crine
Di vil cenere aspergesi: ne incolpa
Se stesso assai, del non aversi ei pria
Scelto a genero Enea. — Nel più rimoto
Lato frattanto dell'opposto piano
Turno incalzando alquanti fuggitivi
Sen va; men ratto ognor, perchè men ratti
Van vieppiù sempre i suoi stanchi destrieri.
Sordo un fragor per l'aure a lui pur vola
Funesto; onde un tal poco egli in orecchi
Stavasi: ed ecco, un suon venir confuso
Dalla città, misto di pianti e d'urla.
Oimè! qual pianto immenso or dalle mura?
Qual fragor vario indi prorompe? e attonito
Stringe, in ciò dir, le redini, e s'arresta.
Ma Giuturna, che a lui mentito auríga
Serve in aspetto di Metísco, in questi
Detti al fratel parlava: I Teucri, i Teucri,
Turno, incalziam quì, donde in rotta vanno;
Altri de' nostri alla città fian schermo.
Pel pian trascorre in molta strage Enea;
Fra gl'Itali; facciam de' Teucri or noi

Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.
Turnus ad haec:
O soror, et dudum agnovi, cum prima per artem
Foedera turbasti, teque haec in bella dedisti:
Et nunc nequicquam fallis Dea. sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lethum ut crudele videres?
Nam quid ago? aut quae jam spondet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murranum, quo non superat mihi carior alter,
Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Ufens
Aspicerat: Teucri potiuntur corpore, et armis.
Exscindine domos (id rebus defuit unum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? et Turnum fugientem haec terra videbit?
Usque adeone mori miserum est? vos o mihi Manes
Este boni; quoniam Superis aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpae,
Descendam, magnorum haud unquam indignus avorum.
Vix ea fatus erat; medios volat ecce per hostes

Strage più vasta; in nulla uscir del campo
Minor d'Enea tu dei. Turno risponde:
O suora mia, conobbiti dal punto,
Già fin d'allor, che ad arte disturbavi
I patti, entrando tu in battaglia; ed ora
Male, o Diva, ti ascondi. Ma, dal Cielo
Chi t'inviò di tanti affanni a parte?
Forse a vedèr del misero fratello
La cruda morte vieni? A me qual altro
Scampo riman, che morte? Io stesso, io vidi
Cadermi innanzi quel Murran mio fido
Fra quanti altri restavanmi; da immensa
Piaga vinto quel grande, e me per nome
In suo cader chiamando. Ufente anch'egli,
Per non veder l'infamia nostra, cadde,
Infelice! e n'han l'armi e il corpo i Teucri.
Struggere i tetti or lascierò? null'altra
Sventura omai ne manca: agli insolenti
Detti di Drance, di mia mano io schermo
Or non farò? dar fuggitivo il tergo
Vedrassi Turno? or, fia il morir sì grave?
Poichè avversi ho i Celesti, o voi d'Averno
Feri Dei, voi propizj or mi accogliete.
Dell'infrazion sagrilega dei patti
Ombra innocente a voi discendo, io puro,
E in nulla mai degenere dagli avi.
Tace appena; ed a volo, ecco, venirne

Vectus equo spumante Sages, adversa sagitta
Saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:
Turne, in te suprema salus; miserere tuorum.
Fulminat Aeneas armis; summasque minatur
Dejecturum arces Italum, excidioque daturum:
Jamque faces ad tecta volant. in te ora Latini,
In te oculos referunt: mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quae se se ad foedera flectat.
Praeterea Regina, tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus et acer Atinas
Sustentant aciem. circum hos utrinque phalanges
Stant densae, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, et obtutu tacito stetit. aestuat ingens
Imo in corde pudor, mistoque insania luctu,
Et furiis agitatus amor, et conscia virtus.
Ut primum discussae umbrae, et lux reddita menti est
Ardentes oculorum orbes ad moenia torsit

Per mezzo l'oste, su destrier spumante,
Ferito in volto da uno stral, Sagéte:
Ver Turno ei si precipita, implorandolo
A nome: O Turno, abbi de' tuoi pietade;
Posta è in te la nostr' ultima salvezza.
Folgor di guerra Enea, l'Itale rocche
Al suol minaccia ei d' adeguare; a tutti
L'eccidio estremo omai sovrasta: ai muri
Già si avventan le faci: in te sol gli occhi
Rivolgono i Latini, da te pendono:
Il Re pur anco in forse sta, qual debba
Genero scerre, e qual preporre ajuto.
Sappi inoltre, che Amata, a te pur tanto
Propensa ognor, di propria man si uccise
Il dì fuggendo. Or soli il forte Atína,
E Messápo, fann' argine ai nemici
Su l'alte porte: a lor dintorno ondeggia
Di brandi orrida folta ferrea messe
Vario-mista: e tu intanto in vuoto piano
Il carro aggiri? — Ammutolito, affigge
Gli occhi al suol Turno, al fero annunzio: ci sente
Bollirsi a prova nel profondo petto
Ira, insania, dolore, amor, vergogna,
E la virtù conscia a se stessa. Al primo
Ríapparir di sua ragion, disgombre
Della mente le tenebre, alle mura
Torbido in atto gli avvampanti sguardi,

Turbidus, eque rotis magnam respexit ad urbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad coelum undabat vortex, turrimque tenebat;
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdideratque rotas, pontesque instraverat altos.
Jam jam Fata, Soror, superant; absiste morari:
Quo Deus, et quo dura vocat Fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Aeneae: stat, quicquid acerbi est,
Morte pati: nec me indecorem, Germana, videbis
Amplius, hunc. oro, sine me furere ante furorem.
Dixit, et e curru saltum dedit ocius arvis:
Perque hostes, per tela ruit, moestamque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice praeceps
Cum ruit avulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas;
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exsultatque solo, silvas, armenta, virosque
Involvens secum: disjecta per agmina Turnus

Sovra il carro alto ergendosi, ei rivolge.
Scorge ivi tosto in vorticose ruote
Salirne al ciel le fiamme d'una torre,
Già da lui stesso di robuste travi
Costrutta; all'alto, di sublimi ponti
Munita; in base, a curri sovrapposta.
Vince omai, vince, il crudo Fato; o suora,
Tu di oppormiti cessa: ivi si voli,
Dove me tragge o dura sorte o un Dio.
Fermo son di combatter contro Enea;
Ogni aspra morte di affrontar son fermo.
No, non vedrai, germana, omai più a lungo
Me di mia gloria orbato: or, deh, concedi
Che il mio estremo furor tutto sprigioni.
Turno quì tace: e giù dal carro un balzo,
Qual lampo, ei spicca; e già pel piano a volo,
Dardi affrontando, e schiere scompigliando,
Ha la sorella in pianto abbandonata.
Come talor precipitar dall'alpe
Vedesi enorme masso, a cui dier spinta
O borrascosi venti, o immensa foga
Di torbid'acque, o vetustà pur anco
Corrodendolo: balzi orridi vasti
Fa il traboccante fragoroso monte,
Selve armenti pastor capanne in fondo
Seco traendo avviluppati: or ecco,
Tal fra le ostili squadre apresi strada

Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet; stridentque hastilibus aurae:
Significatque manu, et magno simul incipit ore:
Parcite jam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini:
Quaecunque est Fortuna, mea est: me verius unum
Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.
Discessere omnes medii, spatiumque dedere.
At pater Aeneas, audito nomine Turni,
Deserit et muros, et summas deserit arces,
Praecipitatque moras omnes: opera omnia rumpit:
Laetitia exsultans, horrendumque intonat armis.
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetque nivali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Jam vero et Rutuli certatim, et Troes, et omnes
Convertere oculos Itali; quique alta tenebant
Moenia, quique imos pulsabant ariete muros:
Armaque deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diversis partibus orbis
Inter se coiisse viros, et cernere ferro.

Precipitoso Turno. È giunto ai muri,
Ove di dardi più si assordan l'aure,
Ove più sangue il suolo inonda. Ivi egli,
Pria con mano accennando, ad alta voce
Così incomincia: O Rutuli o Latini,
Cessate omai dall'armi voi: sol mia,
Qual ch'abbia evento, ell'è la pugna: io solo
Brandir quì il ferro; il violato patto
Per voi scontar, quì sol debb'io. Di mezzo
Tutti allora traendosi, dan loco.
Ma il nome appena risuonar di Turno
Ode il valente Enea, le già assalite
Rocche e i muri tralascia, ogni altra impresa
Interrompendo a furia: il cor di gioja
Balzagli in petto, e con rimbombo orrendo
Nell'armi sue s'inoltra. Tal torreggia
Ato il gran monte, od Erice, o lo stesso
Magno Appennin, quando l'eccelsa cima
Più altera va del suo nevoso serto,
Quando più l'elci sue robuste ei crolla.
Tutti allora i guerrieri, Itali, e Teucri,
E Rutuli, rivolti a gara han quivi
Gli occhi intenti; restando altri dal cozzo
Degli arieti feroci, altri dall'alte
Mura gli archi allentando. Il Re Latino
Mira, attonito ei pure, a tenzon fera
Venir duo tali Eroi, cui già dier culla

Atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi,
Procursu rapido conjectis eminus hastis,
Invadunt Martem clypeis atque aere sonoro.
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant. Fors et virtus miscentur in unum.
Ac velut ingenti Sila summove Taburno,
Cum duo conversis inimica in praelia tauri
Frontibus incurrunt; pavidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussantque juvencae,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.
Illi inter se se multa vi vulnera miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, et sanguine largo
Colla armosque lavant. gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Aeneas et Daunius heros
Concurrunt clypeis; ingens fragor aetherea complet.
Juppiter ipse duas aequato examine lances
Sustinet, et fata imponit diversa duorum;
Quem damnet labor, et quo vergat pondere lethum.
Emicat hic, impune putans, et corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem;
Et ferit. exclamant Troes, trepidique Latini,

Regioni disgiunte pur cotanto.
Tosto che vuoto in spazioso campo
L'arringo appare, i due campion, da lungi
Pria lor aste slanciatisi, l'un l'altro
Corrono a fronte ad incontrarsi. Il bronzo
Dei risonanti scudi urtasi; il suolo
Sotto rimbomba al martellar veloce
Dei duri brandi. Il cieco caso a petto
Sta col valor, del pari. Appunto in guisa
Che al Sila in cima, od al Taburno, in pugna
Cozzan rabbiosi con le ferree corna
Duo tauri egregj; intimoriti stansi
Segregati i pastori; il vasto armento
Delle giovenche muto ondeggia, a quale
Dei duo duci obbedir dovranno ancelle;
Ferocemente a prova intanto i tauri
Nelle spalle, ne' colli ampie sanguigne
Finestre squarcian, de' lor urli tutta
L'alta foresta rimugghiando: or tali
S'urtan Turno ed Enea; l'etra s'ingombra
D'alto fragore. Il magno Giove, in lance
Sta librando del pari i varj Fati
D'ambo i guerrier; qual trionfar quì debba,
Qual soggiacere. A tutta possa, in alto,
Ecco, Turno col brando ergesi, e spera
A due mani piombarlo impunemente
Sovra Enea: va de' Teucri al cielo un grido,

Arrectaeque amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medioque ardentem deserit ictu;
Ni fuga subsidio subeat. fugit ocior Euro,
Ut capulum ignotum, dextramque aspexit inermem.
Fama est, praecipitem, cum prima in praelia junctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci:
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit. postquam arma Dei ad Vulcania ventum est;
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit: fulva resplendent fragmina arena.
Ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus:
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.
Undique enim densa Teucri inclusere corona:
Atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.
Nec minus Aeneas, quanquam tardata sagitta
Interdum genua impediunt, cursumque recusant,

E dei Latini palpitanti; pendono
Quindi amendue gli eserciti. Ma infido
Rompesi il brando in sul Teucro elmo; inerme
Così lasciando di Turno il furore,
Già con la fuga or di ajutarsi astretto.
Carca la destra dell'incogoit' elsa
Vistosi, l'ali più che l'Euro ratte
Turno al piede impennò. Fama è, ch'entrando
Egli a fretta in battaglia, si slanciasse,
Senza aver cinta la paterna spada,
Sovra il carro; onde poscia a caso il ferro
Del suo auriga Metísco ebbe impugnato,
Fuor di se quasi. E fu bastante spada
Finchè Teucri fuggiaschi ei pur mietea:
Ma, giunto or contro alla celeste tempra
Delle Vulcanich' armi, il mortal brando,
Qual fragil ghiaccio, spezzasi in minuzzoli,
Che brillan sparti in su la bionda arena.
Turno perciò quà e là pel vasto agone
Si aggira insano; ma racchiuso ei stassi
D'ogni intorno dai Teucri in folte torme;
E inoltre, quinci da palude immensa,
Quindi, dall' ardue mura. A vol frattanto
Lo va inseguendo Enea, benchè spossate
Per la recente piaga le ginocchia
Talor d' alquanto gli allentino il corso.
Ma invan, ch'ei vie più ardente si fa forza,

Insequitur, trepidique pedem pede fervidus urget.
Inclusum veluti si quando in flumine nactus
Cervum, aut puniceae septum formidine pennae,
Venator cursu canis et latratibus instat:
Ille autem insidiis, et ripa territus alta,
Mille fugit refugitque vias: aut vividus Umber
Haeret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis; morsuque elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor; ripaeque lacusque
Responsant circa, et coelum tonat omne tumultu.
Ille, simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra, praesensque minatur
Exitium, si quisquam adeat: terretque trementes,
Excisurum urbem minitans, et saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidemque retexunt
Huc, illuc. nec enim levia aut ludrica petuntur
Praemia: sed Turni de vita et sanguine certant.
Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
Hic steterat; nautis olim venerabile lignum:
Servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti Divo, et votas suspendere vestes.

E su l'orme fugaci ei stampa l'orme
A un punto quasi. Così ratto corre
Del cervo al tergo un abbajante veltro,
Se acchiuso il vede infr'ampio fiume, e appesi
Spauracchi di rosse svolazzanti
Penne, ch'errar pel circoscritto arringo
Sforzanlo in mille ricalcate spire:
Già il vivid'Ombro alano, a spalaucata
Gola, gli è addosso, già lo agguanta quasi,
E fa suonar l'asciutto dente intanto.
Ma tutto eccheggia or di guerriere grida
Lo stagno e il piano, e ne rimbomba il cielo.
Turno, ai Rutuli suoi fere rampogne
Fa, tuttavia fuggendo: a nome appella
Ciascun d'essi; il suo brando, a lor ben noto,
Chiede e richiede. Ma minaccia Enea
Morte a ciascun, ch'osi ajutarlo; e stragi
Orride, e da radice la cittade
Schiantar, minaccia: onde, al terror terrore
Benchè ferito, aggiunge, e ognor più incalza.
Corso, ricorso, han cinque volte il campo:
Palma è sublime di sì fatto arringo,
Del gran Turno la testa. — Era ivi stato
Un selvatico ulivo, ai naviganti
Sacro arbor già; dove al Laurente Fauno
Le votive lor vesti appender essi
Soleano, salvi dalle naufraghe onde:

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneae stabat: huc impetus illam
Detulerat fixam, et lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitque manu convellere ferrum
Dardanides; teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. tum vero amens formidine Turnus,
Faune, precor, miserere, inquit; tuque optima ferrum
Terra tene: colui vestros si semper honores;
Quos contra Aeneadae bello fecere profanos.
Dixit, opemque Dei non cassa in vota vocavit.
Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud ullis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. dum nititur acer et instat,
Rursus in aurigae faciem mutata Metisci
Procurrit, fratrique ensem Dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphae indignata licere,
Accessit, telumque alta ab radice revellit.
Olli, sublimes armis, animisque refecti,

Ma, a disgombrar l'agone, aveanlo i Teucri,
Nol rispettando come sacra cosa
Raso dal piè. Nelle rimaste barbe
Dianzi confitta ivi ebbe l'asta Enea,
Scagliandola: mal puote or egli al corso
Raggiunger Turno; onde coll'asta ei spera
Raggiungerlo. Ei s'incurva, e ad ambe mani
Afferrata la punta, va sforzandosi
Quanto più può, per riaverla. Turno
Atterrito a quest'atto: O Fauno, (ei grida)
Abbi pietà; la nemica asta inchioda
Vie sempre forte più nel già tuo sacro
Arbor; se ognora io 'l venerai devoto,
Come or l'han tronco irriverenti i Teucri.
Tacque; e non fur di Turno vani i preghi:
Che a patto niuno dal tenace sterpo
L'asta sferrar da Enea mai non lasciava
Quell'invocato Iddio. Mentre ivi dunque
Il Teucro indarno si affanna e si strazia;
Riassunte Giuturna di Metísco
Le già adoprate forme, si appresenta
Ella al german col sospirato brando.
L'audacia tanta a Citeréa sì spiacque,
Che di sua propria mano essa disvelle
Tosto l'asta d'Enea. Così di nuove
Armi superbi ambo i campioni, in petto
Han raddoppiato il cor: si affida quegli

Hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
Adsistunt contra certamine Martis anheli.
Junonem interea rex omnipotentis Olympi
Alloquitur, fulva pugnas de nube tuentem:
Quae jam finis erit, conjux? quid denique restat?
Indigetem Aeneam scis ipsa, et scire fateris,
Deberi coelo, fatisque ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in uubibus haeres?
Mortalin' decuit violari vulnere Divum?
Aut ensem (quid enim sine te Juturna valevet?)
Ereptum reddi Turno, et vim crescere victis?
Desine jam tandem, precibusque inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor: et mihi curae
Saepe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est. terris agitare vel undis
Trojanos potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, et luctu miscere hymenaeos:
Ulterius tentare veto. Sic Juppiter orsus:

Nel patrio brando; inferocito è questi
Per l'asta eccelsa ricovrata; e a fronte
Tornansi già, sangue anelanti entrambi.
Ma il Re sovrano del sublime Olimpo
Così favella intanto all'alma Giuno,
Che da un'aurata nube iva mirando
L'aspra battaglia: All'ire tue qual meta,
Consorte mia, porrai? ch'altro ti resta?
Il sai tu stessa, e il dici anco tu stessa,
Esser dai Fati irresistibilmente
Ai celestiali onori Enea sospinto:
Or, che macchini tu? qual hai pur speme,
Nell'affacciarti dalla gelid'etra?
Vuolsi impiagar di mortal mano un Nume?
Soccorrer vuolsi di novella spada
Turno omai vinto? a tanto, il sai, non fora
Per se bastata ivi Giuturna. Or, cessa
Dunque una volta, e ai preghi miei ti piega:
Nè tanto il cuor ti roda il dolor cupo;
Ma a me dischiudi col dolce tuo labro
Le profonde tue cure. Al punto estremo
Giunta è la cosa. In terra e in mare i Teucri
Travagliar, tu il potevi assai gran tempo;
Suscitar lor nefanda guerra; i Lari
Del Re Latino funestare; in lutto
Scior gl'imenéi: di tentar altro omai,
Donna, i' tel vieto. Così parla Giove:

Sic Dea submisso contra Saturnia vultu:
Ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,
Juppiter, et Turnum, et terras invita reliqui.
Nec tu me aeria solam nunc sede videres
Digna, indigna pati: sed flammis cincta, sub ipsam
Starem aciem, traheremque inimica in praelia Teucros.
Juturnam misero, fateor, succurrere fratri
Suasi, et pro vita majora audere probavi;
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum:
Audjuro Stygii caput implacabile fontis:
Una superstitio superis quae reddita Divis.
Et nunc cedo equidem, pugnasque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro majestate tuorum:
Cum jam connubiis pacem felicibus, esto,
Component, cum jam leges et foedera jungent;
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri jubeas, Teucrosque vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.
Sit Latium: sint Albani per secula reges:
Sit Romana potens Itala virtute propago:
Occidit, occideritque sinas cum nomine Troja.

Cui la Saturnia Diva, con dimessa
Fronte, risponde: O magno Giove, io dianzi
Turno e la terra abbandonava, astretta
Dal tuo volere appunto, a me ben noto.
Nè me dal Ciel solinga spettatrice
D'indegni casi or quì vedresti, ov'io
Spiacerti osassi: ma, dell'oste in mezzo,
Di fiamme cinta, i Teucri trarre a pugna
Con danno lor, tu mi vedresti. Ajuto
Porgea Giuturna al misero fratello
Per mezzo mio, nol niego; io, sì, la spinsi
A tutto imprender per serbarlo in vita:
Ma, per l'onde terribili di Stige,
(Legame solo dei celesti Numi)
Io ti giuro, che spinta non l'ho mai
A volger contro Enea l'arco e gli strali.
Cedo or davver, la pugna abborro e lascio.
Ben, per l'onor de' tuoi Latini io chieggo
Sola una cosa: che al venirne a' patti
E ai felici imenéi, (tai pur sieu essi!)
Co' Teucri; almen lor prisco nome, il loro
Linguaggio e vesti, deh non sian lor tolti,
Nè immedesmati con Trojani e Teucri:
Ma duri e il Lazio, ed Alba, e Albani Regi,
Secoli assai, poichè nol vieta il Fato.
Cima e splendor dell'Itala virtude
Roma sia; ma di Troja, e in un con Troja,

Olli subridens hominum rerumque repertor:
Es germana Jovis, Saturnique altera proles,
Irarum tantos volvis sub pectore fluctus?
Verum age, et inceptum frustra submitte furorem.
Do, quod vis: et me victusque volensque remitto,
Sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt:
Utque est, nomen erit: commisti corpore tanto
Subsident Teucri: morem ritusque sacrorum
Adjiciam, faciamque omnes uno ore Latinos.
Hinc genus, Ausonio mistum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire Deos pietate videbis:
Nec gens ulla tuos, aeque celebrabit honores.
Annuit his Juno, et mentem laetata retorsit.
Interea excedit coelo, nubemque reliquit.

His actis, aliud genitor secum ipse volutat;
Juturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminae pestes, cognomine Dirae;
Quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram,
Uno eodemque tulit partu: paribusque revinxit
Serpentum spiris, ventosasque addidit alas.
Hae Jovis ad solium, saevique in limine regis,

Giacciasi il nome. A lei, con un sorriso,
Giove allor soggiungeva: O tu, mia suora,
E prole pur tu di Saturno, in petto
Tempeste accogli di furor cotante?
Su via, ti calma, e placa or l'ire vane.
Quanto chiedesti, a te il consento: han vinto
Il mio voler spontaneo i tuoi preghi.
L'idioma, i costumi, il patrio nome
Tal ch'è, gli Ausonj riterran; commisti
Bensì co'Teucri; ed io di sacri riti
Darò lor copia, e n' uscirà una gente,
E di lingua, e di tutto, al par Latina.
Sorger vedrai frammista Itala stirpe,
Che vincerà in pietade uomini e Dei;
Nè popol altro fia, che a te su l'are
Arda più incensi mai. Rasserenata
Giuno a tai detti, assente; e dalla pugna
Gli occhi ritorce, del suo nembo uscita.
Tosto il Fattor d'uomini e Numi, in mente
Altro pensier volgendo, a tor si appresta
Dalla tenzon del suo fratel, Giuturna.
Fra le create cose, havvi due pesti
Gemelle; Dire appellansi; l'orrenda
Notte diè lor vita ad un parto, e suora
Terza vi aggiunse l'infernal Megera.
Schieransi quelle al limitar di Giove,
Dell'alto seggio appiè; la testa cinte

Apparent, acuuntque metum mortalibus aegris,
Si quando lethum horrificum morbosque Deum rex
Molitur; meritas aut bello territat urbes.
Harum unam celerem demisit ab aethere summo
Juppiter, inque omen Juturnae occurrere jussit.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur:
Non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta,
Armatam saevi Parthus quam felle veneni,
Parthus, sive Cydon, telum immedicabile torsit,
Stridens, et celeres incognita transilit umbras.
Talis se sata Nocte tulit, terrasque petivit.
Postquam acies, videt Iliacas, atque agmina Turni;
Alitis in parvae subito collecta figuram,
Quae quondam in bustis aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras;
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ob ora
Fertque refertque sonans; clypeumque everberat alis.
Illi membra novus solvit formidine torpor,

Tutte del par d'attorcigliati serpi,
Del par di rapid'ali armate al tergo,
Ogni qual volta irato il Dio minaccia
E morbi e stragi alle corrotte genti,
O fera guerra; apportatrici sempre
Di terrore ai mortali. Or d'esse l'una
Spicca Giove dal cielo; e impon che ratta
Rechi a Giuturna infausto augurio. A volo
In terra già con tempestosa romba
Giunta è la Furia. Qual per l'aure stride
Stral saettato d'ampio arco sonante,
Cui di veleno immedicabil arma
Cretense arciero, o Partico, la punta;
Così improvvisa or l'aure squarcia, e scende
L'orrida figlia della Notte. Appena
Scopre ella i Teucri ed i guerrier di Turno,
Trasmutata di subito, rannicchiasi
In forma di quel picciolo notturno
Augel, che su i comignoli solinghi,
O su i sepolcri posasi; indi a lungo
Per le tenebre queste il tetro suono
Di sue malaugurose grida spande.
In tal forma la Furia a vol raggirasi
Su la faccia di Turno in mille ruote;
E con le svolazzanti ali lo scudo
In alto suon gli picchia. Atro un torpore
Non mai provato pria, per ogni membro

Arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.

At, procul ut Dirae stridorem agnovit, et alas,

Infelix crines, scindit Juturna solutos,

Unguibus ora soror foedans, et pectora pugnis:

Quid nunc te tua, Turne, potest germana juvare?

Aut quid jam miserae superat mihi? qua tibi lucem

Arte morer? talin' possum me opponere monstro?

Jam jam linquo acies. ne me terrete timentem

Obscoenae volucres: alarum verbera nosco,

Lethalemque sonum: nec fallunt jussa superba

Magnanimi Jovis. haec pro virginitate reponit?

Quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademta est

Conditio? possem tantos finire dolores

Nunc certe, et misero fratri comes ire per umbras.

Immortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum

Te sine, frater, erit? O quae satis alta dehiscat

Terra mihi, Manesque Deam demittat ad imos!

Già serpeggia di Turno: gli si arricciano
D'orror le chiome; e niegano le fauci
A sua voce l'uscita. Ma da lungi
Della Furia lo stridulo svolazzo
Noto è tosto a Giuturna: onde nei crini
Sciolti ella caccia disperata l'ugne,
E crini e volto e petto va squarciandosi:
Che può giovarti, o Turno, omai tua suora?
Che più mi avanza, ahi misera? con quale
Arte protrarre a te poss'io la luce?
Come a tal mostro oppormi? Io già del tutto
Abbandono le schiere: infausto augello,
Al mio terror non accrescer terrore:
Il flagellar di tue mortifere ali,
E la Tartarea romba, e i duri imperj
Del magno Giove, in te conosco. Ahi, tale,
Pel mio rapito fior, cotal mi rende
Il guiderdone or Giove? A che pur farmi
Immortale? a che tormi egli il sollievo
Di pur morire? al mio sì immenso duolo
Fine or porrei: fra l'Ombre irne compagna,
Infelice fratello, a te potrei.
Immortal io? godermi al mondo omai
Alcun ben io; di te, germano, orbata?
Mi si spalanchi, or via, quant'è profonda,
E la mia deità con me s'inghiotta
Fin nel più cupo baratro, la Terra!

Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, et se fluvio Dea condidit alto.
Aeneas instat contra, telumque coruscat
Ingens arboreum, et saevo sic pectore fatur:
Quae nunc deinde mora est? aut quiá jam, Turne, retractas?
Non cursu, saevis certandum est cominus armis.
Verte omnes te te in facies, et contrahe quicquid
Sive animis, sive arte vales. opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cava te condere terra.
Ille caput quassans. Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox. Di me terrent, et Juppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens;
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
Vix illud lecti bis sex cervice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille, manu raptum trepida, torquebat in hostem,
Altior insurgens, et cursu concitus heros.
Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,

La Dea quì tace; e nel verdiccio ammanto
Nascosa il capo, gemebunda, in mezzo
Del fiume alto attuffatasi sparisce.
Ma intanto Enea di Turno incontro agli occhi
L'asta immane brandisce, e il preme, e grida,
Inferocito: che più indugi, o Turno?
A che schivi la pugna? omai dappresso
Combatter vuolsi, e con terribili armi;
Non più col corso, or no. Valor, quant'hai,
Spiega, od arte, quant'hai: tue forme tutte
Assumi or tu; ver gli astri a vol t'innalza,
O sotterra anco asconditi, se il puoi.
Turno, squassando la testa: I superbi
Tuoi detti me non atterriscon; sii,
Quanto più il sai, feroce: i Numi, i Numi,
Giove nemico, ei mi atterrisce or solo.
Tace: ed al fianco ei mirasi un enorme
Sasso; squarcio di monte, ivi posato
Forse in vetusto limite de' campi:
Sasso, al cui pondo a stento sottentrare
Di dodici scelt'uomini, robusti
Quanto li dà nostra presente etade,
Potrebbero i forti omeri. Ecco, Turno
Dato al masso ha di piglio; ed a più possa,
Eretto egli in se stesso, con man tremula
Pur correndo scagliavalo: ma fuori
È di se Turno; ov'egli sia, che facciasi,

Tollentemve manu, saxumque immane moventem.
Genua labant: gelidus concrevit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,
Nec spatium evasit totum, nec pertulit ictum.
Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, et in mediis conatibus aegri
Succidimus; non lingua valet, non corpore notae
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur:
Sic Turno, quacunque viam virtute petivit,
Successum Dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur varii. Rutulos aspectat et urbem,
Cunctaturque metu, telumque instare tremiscit.
Nec quo se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,
Nec currus usquam videt, aurigamque sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, et corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt; nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit

Ove corra, qual pondo immane ei muova,
Nulla di questo ei sa: già le ginocchia
Gli barcollano, il sangue entro ogni vena
Gelido gli si stagna; e a vuoto quindi
L'invan scagliato sasso presso cadegli.
Come talvolta, in languida quiete
Sepolti avendo gli occhi, avvien che i sogni
Parer ci fan che al desíato corso
Stendiam le membra; ed impotenti sforzi
Facendo indarno a un tempo, e lena e gridi
E nerbo, ognor vieppiù ci vengon manco:
Così di Turno alla virtude or tutte
Intercette ha le vie l'infernal Diva.
In mente allor varj pensieri ei volge:
Or la cittade e i Rutuli sogguarda,
Or la pendente immane asta minace,
E dubbio ondeggia. Omai, nè a scampo ei vede,
Nè ad assalto più via: sparito è il carro,
E l'auríga sorella. Or, mentre ei sta
Dubitoso così, da Enea brandita
L'asta fatale, al destinato segno
Da tutto il braccio poderoso vola.
Non sasso mai, da macchina murale
Spinto, sì forte romba; non sì orrendo
Scoppio fa il fulmin mai. Di turbo in guisa
Atro l'aure squarciante, la crud'asta
Letifera trapassa a volo i cerchj

Loricae, et clypei extremos septemplicis orbes:
Per medium stridens transit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.
Ille, humilis, supplexque, oculos dextramque precantem
Protendens: Equidem merui, nec deprecor, inquit:
Utere sorte tua. miseri te si qua parentis
Tangere cura potest; oro, (fuit et tibi talis
Anchises genitor) Dauni miserere senectae:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mavis,
Redde meis. vicisti, et victum tendere palmas
Ausonii videre: tua est Lavinia conjux.
Ulterius ne tende odiis. Stetit acer in armis
Aeneas, volvens oculos, dextramque repressit.
Et jam jamque magis cunctantem flectere sermo
Coeperat; infelix humero cum apparuit alto
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus

Del settemplice scudo, e il lembo passa
Della lorica, e al fin stridendo è infissa
Nella coscia di Turno: egli, dal colpo
Precipitato è su i ginocchi a terra.
Lamentevoli gemiti dei Rutuli
Sorgono: il monte e l'alta selva intorno,
Tutto n'eccheggia. Turno, in atto umile,
Supplici verso Enea gli occhi e la destra
Sporgendo, gli dicea: Mi uccidi, io 'l merto;
Non io la vita chieggo; usa i tuoi dritti,
Tu vincitore. Io solo, ove di un padre
Misero a te la dolorosa immago
Faccia pur forza, (il vecchio Anchise appunto
Tal era a te) scongiuroti soltanto,
D'aver del vecchio Dauno mio pietade:
Or, me piagato, o se più il brami, estinto
Rendi al mio genitore. Enea, vincesti;
E Turno vinto a te sporger le palme
Vedean gli Ausonj: abbian quì gli odj fine:
Omai Lavinia è tua. L'egregio Enea
Soprastette, a tai voci; e riguardandolo,
L'armata destra ei rattenea. Que'sensi
Del moribondo Turno già già il core
Dubbio andavan vincendogli; quand'ecco,
Splendere a sommo gli omeri di Turno
Vede il balteo fatal, da lui già tolto
All'infelice giovinetto Pallante

Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille, oculis postquam saevi monumenta doloris
Exuviasque hausit, furiis accensus, et ira
Terribilis: Tune hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, et poenam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum adverso sub pectore condit
Fervidus. ast illi solvuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Pria d'ucciderlo; e, spoglia trionfale,
Da lui portato ognora quindi. Enea,
Ai noti ornati lo ravvisa tosto;
E, affisso in quegli avanzi dolorosi,
D'ira avvampa terribile: Tu dunque,
Adorno tu delle spoglie de' miei,
Dalla mia man quì sfuggiresti! Ucciso
Tu da Pallante in questo colpo or sei;
Da Pallante, immolato; egli è, che il fio
Or fa scontarti coll'empio tuo sangue.
E, in così dir, nel petto gli nasconde
L'ardente ferro. Sciolgonsi di Turno
Le membra in gel mortifero; e sdegnata
L'alma sotterra sospirando fugge.

Digitized by Google